persona nepotis idem servari debere; iussum autem huius patris non efficere, quominus contra Senatusconsultum creditum existimaretur, quum ipse in ea causa esset, ut pecuniam mutuam invito patre suo accipere non possit.

los hijos, debe sin embargo observarse lo mismo también respecto á la persona del nieto; pero que el mandato del padre de éste no hace que no se estime haberse prestado contra el Senadoconsulto, porque él mismo estaría en estado de que no podría recibir dinero en mútuo contra la voluntad de su padre.

**15.** MARCIANUS *libro XIV. Institutionum.*—Nihil interest, quis filiofamilias crediderit, utrum privatus, an civitas; nam in civitate quoque Senatusconsultum locum habere Divi Severus et Antoninus rescripserunt.

**15.** MARCIANO; *Instituta, libro XIV.*—Nada importa, que el que haya prestado al hijo de familia sea un particular, ó una ciudad; porque los Divinos Severo y Antonino respondieron por rescripto, que también respecto de una ciudad tiene lugar el Senadoconsulto.

**16.** PAULUS *libro IV. Responsorum* (1).—Si filiusfamilias absente patre, quasi ex mandato eius pecuniam acceperit, cavisset, et ad patrem literas emisit, ut eam pecuniam in provinciam (2) solveret, debet pater, si actum filii sui improbat, continuo testationem interponere contrariae voluntatis.

**16.** PAULO; *Respuestas, libro IV.*—Si ausente su padre, hubiese un hijo de familia dado caución, cual si hubiere recibido dinero por su mandato, y dirigió una carta á su padre para que en la provincia pagase este dinero, debe el padre, si desaprueba el acto de su hijo, interponer inmediatamente el testimonio de su voluntad contraria.

**17.** IDEM *libro II. Sententiarum.*—Filiusfamilias si in id acceperit mutuam pecuniam, ut eam pro sorore sua in dotem daret, pater eius de in rem verso actione tenebitur; ipsi enim mortua in matrimonio puella repetitio dotis datur.

**17.** EL MISMO; *Sentencias, libro II.*—Si un hijo de familia hubiere recibido en mútuo dinero para esto, para que lo diese en dote por su hermana, su padre se obligará por la acción de lo que se convirtió en su provecho; porque á él mismo se le da la repetición de la dote, muerta la joven durante el matrimonio.

**18.** VENULEIUS *libro II. Stipulationum.*—Creditorem filiifamilias mortuo eo fideiussorem accipere non posse, Iulianus scribit, quia nulla obligatio aut civilis, aut naturalis supersit, cui fideiussor accedat. Plane a patre eius actionis nomine, quae de peculio adversus eum competat, fideiussorem recte accipi.

**18.** VENULEYO; *Estipulaciones, libro II.*—Escribe Juliano, que el acreedor de un hijo de familia, muerto éste, no puede recibir fiador, porque no subsiste ninguna obligación ó civil ó natural, á la cual se agregue el fiador. Pero que de su padre rectamente se recibe fiador, con motivo de la acción que contra él competa respecto al peculio.

**19.** POMPONIUS *libro VII.* (3) *ex variis Lectionibus.*—Iulianus scribit, exceptionem Senatusconsulti Macedoniani nulli obstare, nisi (4) qui sciret, aut scire potuisset, filiumfamilias esse eum, cui credebat.

**19.** POMPONIO; *Doctrina de autores varios, libro VII.*—Escribe Juliano, que la excepción del Senadoconsulto Macedoniano á ninguno obsta, sino al que supiera, ó hubiese podido saber, que era hijo de familia aquel á quien prestaba.

**20.** IDEM *libro V.* (5) *Senatusconsultorum.*—Si is, cui, dum in potestate patris esset, mutua pecunia data fuerat, paterfamilias factus per ignorantiam facti, novatione facta, eam pecuniam expromisit, si petatur ex ea stipulatione, in factum excipiendum erit.

**20.** EL MISMO; *Senadoconsultos, libro V.*—Si aquel, á quien estando bajo la potestad de su padre se había dado dinero en mútuo, hecho padre de familia, prometió el mismo dinero por ignorancia de hecho, habiéndose hecho novación, si se le pidiera en virtud de esta estipulación, se habrá de oponer la excepción del hecho.

# LIBER QUINTUSDECIMUS

## TIT. I

### DE PECULIO

*[Cf. Cod. IV. 26.]*

**1.** ULPIANUS *libro XXIX. ad Edictum.*—Ordinarium Praetor arbitratus est, prius eos contractus exponere eorum, qui alienae potestati subiecti sunt, qui in solidum tribuunt actionem, sic

# LIBRO DÉCIMO QUINTO

## TITULO I

### DEL PECULIO

*[Véase Cód. IV. 26.]*

**1.** ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Juzgó en el órden el Pretor exponer primero los contratos de los que están sujetos á ajena potestad, que dan acción por el todo, y de este

(1) libro XXX. ad Edictum, *Hal.*
(2) *Taur., según la escritura original;* provincia, *según antigua corrección del códice Fl., Br.*

(3) V., *Hal.*
(4) ei, *insertan Hal. Vulg.*
(5) IV., *Hal.*

deinde ad hoc (1) pervenire, ubi de peculio datur actio.

§ 1.—Est autem triplex hoc Edictum, aut enim de peculio, aut de in rem verso, aut Quod iussu hinc oritur actio.

§ 2.—Verba autem Edicti talia sunt: QUOD CUM EO, QUI IN ALTERIUS (2) POTESTATE ESSET, NEGOTIUM GESTUM ERIT.

§ 3.—De «eo» loquitur, non de «ea», sed tamen et ob eam, quae est feminini sexus, dabitur ex hoc Edicto actio.

§ 4.—Si cum impubere filiofamilias, vel servo contractum sit, ita dabitur in dominum vel patrem de peculio, si locupletius eorum peculium factum est.

§ 5.—«Potestatis» verbum communiter accipiendum est tam in filio, quam in servo.

§ 6.—Nec magis dominium (3) servorum esse spectandum, quam facultatem habendi eos; non enim solum servorum propriorum nomine conveniemur, item communium, verum eorum quoque, qui bona fide nobis serviunt, sive liberi sint, sive servi alieni.

2. POMPONIUS *libro V.* (4) *ad Sabinum.* — Ex ea causa, ex qua soleret servus fructuarius vel usuarius acquirere, in eum, cuius ususfructus vel usus sit, actio duntaxat de peculio ceteraeque honorariae dantur; ex reliquis in dominum proprietatis.

3. ULPIANUS *libro XXIX. ad Edictum.*—Licet tamen (5) Praetor, si cum eo, qui in potestate sit, gestum sit, polliceatur actionem, tamen sciendum est, etsi in nullius sit potestate, dari de peculio actionem; utputa si cum servo hereditario contractum sit ante aditam hereditatem.

§ 1.—Unde Labeo scribit, et si secundo tertiove gradu substitutus sit servus, et deliberantibus primis heredibus cum eo contractum sit, mox repudiantibus iis ipse liber heresque extiterit, posse dici, de peculio eum conveniri et de in rem verso.

§ 2.—Parvi autem refert, servus quis masculi, an mulieris fuerit; nam de peculio et mulier convenietur.

§ 3.—Pedius etiam impuberes dominos (6) de peculio obligari ait; non enim cum ipsis impuberibus contrahitur, ut tutoris auctoritatem spectes. Idem adiicit, pupillum non posse servo peculium constituere, nec tutoris auctoritate.

§ 4.—In furiosi quoque curatorem dicimus dandam de peculio actionem; nam et huius servus peculium habere potest, non si fuerit concessum, ut habeat, sed si non fuerit prohibitum, ne habeat.

§ 5.—Si filiusfamilias vel servus pro aliquo

modo llegar después al punto en que se da la acción de peculio.

§ 1.—Mas es triple este Edicto, porque de él nace ó la acción de peculio, ó la de lo que se convirtió en provecho, ó la de lo que se hizo por mandato.

§ 2.—Pero tales son las palabras del Edicto: «El »negocio que se hubiere tratado con quien estu»viese bajo la potestad de otro».

§ 3.—Habla de «él», no de «ella», pero no obstante, también por causa de la que es de sexo femenino se dará acción en virtud de este Edicto.

§ 4.—Si se hubiera contratado con un hijo de familia impúber, ó con un esclavo, se dará contra el señor ó contra el padre la acción de peculio en este caso, si se hizo más rico el peculio de ellos.

§ 5.—La palabra «potestad» se ha de entender comunmente, tanto respecto al hijo, como respecto al esclavo.

§ 6.—Y no se ha de atender más al dominio de los esclavos, que á la facultad de tenerlos; porque no seremos demandados solamente en nombre de los esclavos propios, sino también en el de los comunes, y también en el de aquellos que de buena fe nos prestan servidumbre, ya sean libres, ya esclavos ajenos.

2. POMPONIO; *Comentarios á Sabino. libro V.*—Por aquella causa, por la cual acostumbrase á adquirir el esclavo usufructuario ó el usuario, contra aquel, de quien sea el usufructo ó el uso, se dan tan sólo la acción de peculio y las demás honorarias; en virtud de las demás, contra el dueño de la propiedad.

3. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Pero aunque el Pretor prometa acción, si se hubiera contratado con aquel, que esté bajo potestad, no obstante se ha de saber, que aunque no esté bajo la potestad de alguien, se da la acción de peculio; por ejemplo, si se hubiera contratado con el esclavo de la herencia antes de adida la herencia.

§ 1.—Por lo cual escribe Labeon que, también si el esclavo hubiera sido substituído en segundo ó tercer grado, y deliberando los primeros herederos, se hubiera contratado con él, y después, repudiando aquéllos, hubiere él mismo quedado libre y heredero, puede decirse, que es él demandado con la acción de peculio y con la de lo que se invirtió en su utilidad.

§ 2.—Mas, poco importa, que el esclavo lo hubiere sido de un varón, ó de una mujer; porque también la mujer será demandada con la acción de peculio.

§ 3.—Dice Pedio, que también los señores impúberos se obligan por la acción de peculio; porque no se contrata con los mismos impúberos, para que esperes la autoridad del tutor. Añade el mismo, que el pupilo no puede constituir peculio al esclavo, ni aun con la autoridad del tutor.

§ 4.—Decimos que también contra el curador del furioso se ha de dar la acción de peculio; porque también el esclavo de éste puede tener peculio, no si se le hubiere concedido que lo tenga, sino si no se le hubiere prohibido que lo tenga.

§ 5.—Si el hijo de familia ó el esclavo hubieren

(1) *Hal.*; adhuc, *Fl.*; ad hunc, *los códices más atendibles, Br.*
(2) ALIENA, *Vulg.*
(3) *Taur.*; dominum, *el códice Fl., Br.*

(4) III., *Hal.*
(5) tantum, *(en lugar de* tamen), *acertadamente Hal.*
(6) dominas, *Hal. Vulg.*

fideiusserint, vel alias intervenerint, vel mandaverint, tractatum est, an sit de peculio actio. Et est verius, in servo causam fideiubendi vel mandandi spectandam; quam sententiam et Celsus libro sexto probat in servo fideiussore. Si igitur quasi intercessor servus intervenerit non rem peculiarem agens, non obligabitur dominus de peculio.

§ 6.—Iulianus quoque libro duodecimo Digestorum scribit, si servus mandaverit, ut creditori meo solveretur, referre ait, quam causam mandandi habuerit; si pro creditore suo solvi mandavit, esse obligatum dominum de peculio; quodsi intercessoris officio functus sit, non obligari dominum de peculio.

§ 7.—Cui congruit, quod item Iulianus scribit, si a filio meo fideiussorem accepero, quidquid a fideiussore accepero, id me non de in rem verso, sed de peculio actione mandati praestiturum. Idem accipias et in servi fideiussore; idemque, si alius mihi pro filio meo debitore solvisset. Quodsi filius meus debitor non fuisset, exceptione doli fideiussorem usurum, et, si solvisset, condicturum scribit.

§ 8.—Si servus, quum se pro libero gereret, compromiserit, quaeritur, an de peculio actio ex poena compromissi, quasi ex negotio gesto, danda sit, sicuti traiecticiae pecuniae datur? Sed hoc et Nervae filio, et mihi videtur verius, ex compromisso servi non dandam de peculio actionem, quia nec si iudicio condemnetur servus, datur in eum actio.

§ 9.—Sed si filius fideiussor, vel quasi interventor acceptus sit, an de peculio patrem obligat, quaeritur. Et est vera Sabini et Cassii sententia existimantium, semper obligari patrem de peculio, et distare in hoc a servo.

§ 10.—Quare et ex compromisso pater tenebitur. Et ita Papinianus quoque libro nono Quaestionum scribit; nec interesse ait, ex qua causa compromiserit, utrum ex ea causa, ex qua potuit cum patre de peculio agere (1), an vero ex ea, qua non potuit, quum ex stipulatu pater conveniatur.

§ 11.—Idem scribit, iudicati quoque patrem de peculio actione teneri. Quod et Marcellus putat etiam eius actionis nomine, ex qua non potuit pater de peculio actionem pati; nam sicut in stipulatione contrahitur cum filio, ita iudicio contrahi, proinde non originem iudicii spectandam, sed ipsam iudicati velut obligationem. Quare et si quasi defensor condemnatus sit, idem putat.

§ 12.—Ex furtiva causa (2) filio quidem familias condici posse constat, an vero in patrem vel in dominum de peculio danda est, quaeritur. Et

sido fiador por alguno, ó de otro modo hubieren intervenido, ó hubieren mandado, se discutió, si habría la acción de peculio. Y es más cierto, que respecto del esclavo se ha de atender á la causa de afianzar ó de mandar; cuya opinión la aprueba también Celso en el libro sexto, respecto del esclavo fiador. Así, pues, si como fiador hubiere intervenido el esclavo no administrando las cosas del peculio, no se obligará el señor por la acción de peculio.

§ 6.—Escribe también Juliano en el libro duodécimo del Digesto, que si el esclavo hubiere mandado, que se pagase á mi acreedor, importa conocer la causa que hubiere tenido para mandar; que si mandó que se pagase á favor de un acreedor suyo, quedó obligado el señor por la acción de peculio; pero que si hubiera desempeñado funciones de fiador, no se obliga el señor por la acción de peculio.

§ 7.—A lo que es consiguiente lo que escribe también Juliano, que si hubiere yo recibido fiador de mi hijo, todo lo que yo hubiere recibido del fiador lo habré de devolver por la acción de mandato, no de lo que se invirtió en la cosa, sino del peculio. Lo mismo entenderás también respecto al fiador de un esclavo; y lo mismo, si otro me hubiese pagado por mi hijo, que era deudor mío. Pero si mi hijo no hubiese sido mi deudor, escribe, que usará el fiador de la excepción de dolo, y que si hubiese pagado, ejercitará la condicción.

§ 8.—Si un esclavo, conduciéndose como libre, hubiere contraído compromiso, se pregunta, ¿se habrá de dar la acción de peculio por la pena del compromiso, cual por la gestión de un negocio, así como se da la del préstamo á la gruesa? Pero tanto á Nerva, el hijo, como á mí, nos parece más verdadero esto, que por compromiso del esclavo no se ha de dar la acción de peculio, porque ni aun si en juicio fuera condenado el esclavo, se da acción contra él.

§ 9.—Pero si el hijo hubiera sido aceptado por fiador, ó como interventor, pregúntase, si obliga al padre por la acción de peculio. Y es verdadero el parecer de Sabino y de Cassio, que opinan, que siempre se obliga el padre por la acción de peculio, y que en esto se diferencia del esclavo.

§ 10.—Por lo cual, también en virtud de un compromiso se obligará el padre. Y así lo escribe también Papiniano en el libro noveno de las Cuestiones; y dice que no importa, por qué causa hubiere contraído el compromiso, si en virtud de aquella causa por la que pudo ejercitar la acción de peculio contra el padre, ó por la que no pudo, cuando el padre sea demandado por la estipulación.

§ 11.—Escribe el mismo, que el padre también se obliga por la acción de cosa juzgada respecto del peculio. Lo que opina también Marcelo, aun con motivo de aquella acción por la que no pudo el padre obligarse por la acción de peculio; porque así como en la estipulación se contrata con el hijo, así se contrata en el juicio, por lo cual no se ha de atender al origen del juicio, sino á la misma como obligación de cosa juzgada. Por lo que, también si hubiera sido condenado como defensor, opina lo mismo.

§ 12.—Consta que por causa de hurto se puede ciertamente intentar la condicción contra el hijo de familia, pero se pregunta, si se ha de dar contra el

(1) agi, *Hal. Vulg.*

(2) a, *insertan Hal. Vulg.*

est verius, in quantum locupletior dominus factus esset, ex furto facto actionem de peculio dandam. Idem Labeo probat, quia iniquissimum est, et ex furto servi dominum locupletari impune. Nam et circa rerum amotarum actionem filiaefamilias nomine in id, quod ad patrem pervenit, competit actio de peculio.

§ 13.—Si filiusfamilias duumvir pupillo rem salvam fore caveri non curavit, Papinianus libro nono (1) Quaestionum de peculio actionem competere ait. Nec quidquam mutare arbitror, an voluntate patris decurio factus sit, quoniam rempublicam salvam fore pater obstrictus est.

**4.** Pomponius *libro VII.* (2) *ad Sabinum.*—Peculii (3) est non id, cuius servus seorsum a domino rationem habuerit, sed quod dominus ipse separaverit summa (4) servi rationem discernens; nam quum servi peculium totum adimere, vel augere, vel minuere dominus possit, animadvertendum est, non quid servus, sed quid dominus constituendi servilis peculii gratia fecerit.

§ 1.—Sed hoc ita verum puto, si debito servum liberare voluit dominus, ut, etiamsi nuda voluntate remiserit dominus, quod debuerit, desinat servus debitor esse; si vero nomina ita fecerit dominus, ut quasi debitorem se servo faceret, quum re vera (5) debitor non esset, contra puto, re enim, non verbis peculium augendum est.

§ 2.—Ex his apparet, non quid (6) servus ignorante domino habuerit, peculii esse, sed quid volente; alioquin et quod surripuit servus domino, fiet peculii, quod non est verum.

§ 3.—Sed saepe fit, ut ignorante domino incipiat minui servi peculium, veluti quum damnum domino dat servus, aut furtum facit.

§ 4.—Si opem ferente servo meo furtum mihi feceris, id ex peculio deducendum est, quo (7) minus ob rem surreptam consequi possim.

§ 5.—Si aere alieno dominico exhauriatur peculium servi, res tamen in causa peculiaria (8) manent; nam si aut servo donasset debitum dominus, aut nomine servi alius domino intulisset, peculium suppletur, nec est nova concessione domini opus.

§ 6.—Non solum id in peculio vicariorum ponendum est, cuius rei a domino, sed etiam id, cuius ab eo, cuius in peculio sint, seorsum rationem habeant.

**5.** Ulpianus *libro XXIX. ad Edictum.*—Depositi nomine pater vel dominus duntaxat de pecu-

padre ó contra el señor la acción de peculio. Y es más cierto, que por cuanto se hubiese hecho más rico el señor se ha de dar en virtud del hurto cometido la acción de peculio. Lo mismo aprueba Labeon, porque es muy injusto, que también por el hurto del esclavo se enriquezca impunemente el señor. Porque también respecto á la acción de cosas amovidas compete en nombre de la hija de familia la acción de peculio por lo que llegó á poder del padre.

§ 13.—Si el hijo de familia, duunviro, no cuidó que se diese caución de que quedaría á salvo la cosa al pupilo, dice Papiniano en el libro noveno de las Cuestiones, que compete la acción de peculio. Y opino, que en nada hace variar que haya sido hecho decurión con la voluntad del padre, porque el padre se obligó á que hubiera de quedar á salvo la cosa pública.

**4.** Pomponio; *Comentarios á Sabino, libro VII.*—Es del peculio no aquello de que el esclavo hubiere tenido cuenta separadamente del señor, sino lo que el mismo señor hubiere separado, apartando la cuenta del esclavo de la suma total; porque como el señor puede quitar todo el peculio del esclavo, ó aumentarlo, ó disminuirlo, se ha de atender no á lo que el esclavo, sino á lo que el señor hubiere hecho para constituir el peculio del esclavo.

§ 1.—Pero opino que esto es verdad de este modo, si el señor quiso librar de la deuda al esclavo, para que, aun cuando por nuda voluntad le hubiere remitido el señor lo que hubiere debido, deje el esclavo de ser deudor; pero si el señor hubiere contraido las deudas, así como si se hiciera deudor del esclavo, no siendo en realidad deudor, opino lo contrario, porque el peculio se ha de aumentar real, no verbalmente.

§ 2.—Resulta de esto, que no es del peculio lo que el esclavo hubiere tenido ignorándolo el señor, sino lo que queriéndolo; de otro modo, también se hará del peculio lo que el esclavo substrajo al señor, lo que no es verdad.

§ 3.—Pero muchas veces sucede, que ignorándolo el señor comience á disminuirse el peculio del esclavo, como cuando el esclavo causa algún daño al señor, ó comete un hurto.

§ 4.—Si prestándote ayuda mi esclavo me hubieres hecho un hurto, se habrá de deducir del peculio lo que por causa de la cosa substraida yo no pudiera obtener.

§ 5.—Si por deudas al señor se agotase el peculio del esclavo, esto no obstante quedan los bienes en la condición de peculiares; porque si ó el señor hubiese donado al esclavo la deuda, ó en nombre del esclavo otro se la hubiese pagado al señor, se completa el peculio, y no hay necesidad de nueva concesión del señor.

§ 6.—En el peculio de los vicarios se ha de comprender, no solamente aquello de que tengan cuenta separadamente del señor, sino también aquello de que la tengan por separado de aquel en cuyo peculio estén.

**5.** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Por razón de depósito, el padre ó el se-

(1) octavo, *Vulg.*
(2) IX., *Hal.*
(3) Peculium, *Vulg.*
(4) *Fl.;* suum a servi ratione discernens, *el códice más atendible, Taur.*; sed quod dominus ipse separaverit in substantiam servo, suum a servi ratione discernens, *Hal.*

(5) re vera, *omitenlas Hal. Vulg.*
(6) quod, *Hal. Vulg.*
(7) quod, *Hal.*
(8) peculiari, *según reciente corrección del códice Fl., Br.*

lio conveniuntur, et si quid (1) dolo malo eorum captus sum.

§ 1.—Sed etsi precario res filiofamilias vel servo data sit, duntaxat de peculio pater dominusve obligantur.

§ 2. — Si filiusfamilias iusiurandum detulerit, et iuratum sit, de peculio danda est actio, quasi contractum sit; sed in servo diversum est.

§ 3.—Peculium dictum est quasi pusilla pecunia, sive patrimonium pusillum.

§ 4.—Peculium autem Tubero quidem sic definit, ut Celsus libro sexto Digestorum refert: quod servus domini permissu separatum a rationibus dominicis habet deducto inde, si quid domino debetur.

**6.** Celsus *libro VI. Digestorum.* — Definitio peculii, quam Tubero exposuit, ut Labeo ait, ad vicariorum peculia non pertinet. Quod falsum est, nam eo ipso, quod dominus servo peculium constituit, etiam vicario constituisse existimandus est;

**7.** Ulpianus *libro XXIX ad Edictum.*—quam Tuberonis sententiam et ipse Celsus probat.

§ 1.—Et adiicit, pupillum vel furiosum constituere quidem peculium servo non posse, verum ante constitutum, id est ante furorem, vel a patre pupilli, non adimetur ex his causis. Quae sententia vera est, et congruit cum eo, quod Marcellus apud Iulianum notans adiicit, posse fieri, ut ex dominis servus peculium habeat (apud alterum) (2), apud alterum non; utputa si alter ex dominis furiosus sit, vel pupillus, si, ut quidam, inquit, putant, peculium servus habere non potest (3), nisi concedente domino. Ego autem puto, non esse opus concedi peculium a domino servum habere, sed non adimi, ut habeat. Alia causa est peculii liberae administrationis, nam haec specialiter concedenda est.

§ 2.—Scire autem non utique singulas res debet (4), sed παχυμερέστερον *[magis in folle]*; et in hanc sententiam Pomponius inclinat.

§ 3.—Pupillum autem tam filium, quam servum peculium habere posse, Pedius libro quintodecimo scribit, quum in (5) hoc, inquit, totum ex domini constitutione pendeat; ergo et si furere coeperit servus vel filius, retinebunt peculium.

§ 4.—In peculio autem res esse possunt omnes, et mobiles, et soli; vicarios quoque in peculium potest habere, et vicariorum peculium, hoc amplius et nomina debitorum.

§ 5.—Sed et si quid furti actione servo deberetur, vel alia actione, in peculium computabitur; hereditas quoque et legatum, ut Labeo ait.

§ 6.—Sed et id, quod dominus sibi (6) debet, in peculium habebit, si forte in domini rationem

ñor sólo son demandados respecto del peculio, y si en algo fuí perjudicado por dolo malo de ellos.

§ 1.—Pero aunque en precario se haya dado una cosa al hijo de familia, ó al esclavo, el padre ó el señor se obligan solamente respecto del peculio.

§ 2.—Si un hijo de familia hubiere deferido juramento, y se hubiera jurado, se ha de dar la acción de peculio, como si se hubiera contratado; pero diversa cosa es tratándose de un esclavo.

§ 3.—Se dijo peculio, como pequeñísima cantidad, ó muy pequeño patrimonio.

§ 4.—Mas Tuberon define ciertamente así el peculio, según refiere Celso en el libro sexto del Digesto: lo que con permiso del señor tiene el esclavo por separado de las cuentas del señor, deducido de aquí lo que se debe al señor.

**6.** Celso; *Digesto, libro VI.*—La definición del peculio, que expuso Tuberon, como dice Labeon, no se refiere á los peculios de los vicarios. Lo que es falso, porque por lo mismo que el señor constituyó peculio al esclavo, se ha de estimar que lo constituyó también al vicario;

**7.** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—cuya opinión de Tuberon la aprueba también el mismo Celso.

§ 1.—Y añade, que el pupilo ó el furioso ciertamente no pueden constituir peculio al esclavo, pero que el constituído antes, esto es, antes de la locura, ó por el padre del pupilo, no se quitará por estas causas. Cuya opinión es verdadera, y concuerda con lo que añade Marcelo en sus notas á Juliano, que puede suceder, que el esclavo de dos señores tenga peculio en poder de uno, y no en el de otro; por ejemplo, si uno de los señores estuviera loco, ó fuera pupilo, si, como algunos opinan, dice, el esclavo no puede tener peculio, sino concediéndoselo el señor. Mas yo opino, que para que lo tenga, no es necesario que por el señor se conceda que el esclavo tenga peculio, sino que no se lo quite. Otra cosa es respecto á la libre administración del peculio, porque ésta se ha de conceder especialmente.

§ 2.—Mas no debe ciertamente saber cada cosa, sino más bien en conjunto; y á esta opinión se inclina Pomponio.

§ 3.—Mas escribe Pedio en el libro décimo quinto, que el pupilo, tanto hijo, como esclavo, puede tener peculio, porque en esto, dice, todo depende de la constitución del señor; luego también si hubieren comenzado á enloquecer el esclavo ó el hijo, retendrán el peculio.

§ 4.—Pero en el peculio puede haber de todas las cosas, así muebles, como raíces; también puede tener vicarios en el peculio, y peculio de los vicarios, y además de esto también créditos de deudores.

§ 5.—Mas también si se debiese algo al esclavo por la acción de hurto, ó por otra acción, se computará en el peculio; y asimismo la herencia y el legado, según dice Labeon.

§ 6.—Pero también tendrá en el peculio lo que el señor le debe, si acaso lo gastó por cuenta del

(1) *Según la construcción griega, por: si qua in re*; quis — captus sit, *Hal.*

(2) posse fieri ut ex dominis apud alterum non, *añadido después de* dominis, *según antigua corrección,* servus peculium habeat, *conforme á la escritura original del códice Fl.; las palabras* apud alterum *las duplica Taur., omitiendo, sin embargo, los acostumbrados signos* (apud alterum), *Br.;* ut apud alterum ex dominis servus peculium habeat, apud alterum non; *Hal.*

(3) Sunt quidam, inquit, qui putant, peculium servum habere non posse, *Hal.*

(4) ex necessitate, *suple Hal.;* dominus ex necessitate, *Vulg.*

(5) in, *omitenla Hal. Vulg.*

(6) servo, *Vulg.;* dominus debet, sibi in peculium, *Hal.*

impendit, et dominus ei debitor manere voluit, aut si debitorem eius dominus convenit; quare si forte ex servi emtione evictionis nomine duplum dominus exegit, in peculium servi erit conversum, nisi forte dominus eo proposito fuit, ut nollet hoc esse in peculium servi.

§ 7.—Sed et si quid ei conservus debet, erit peculii, si modo ille habeat peculium, vel prout (1) habebit.

8. PAULUS *libro IV.* (2) *ad Sabinum.* — Non statim quod dominus voluit ex re sua peculii esse, peculium fecit, sed si tradidit, aut quum apud eum esset, pro tradito habuit; desiderat enim res naturalem dationem (3). Contra autem simul atque noluit peculium servi, desinit peculium esse.

9. ULPIANUS *libro XXIX. ad Edictum.* — Sed si damnum servo dominus dederit, in peculium hoc non imputabitur, non magis, quam si surripuerit.

§ 1.—Plane si conservus dedit damnum, vel surripuit, in peculium videtur haberi. Et ita Pomponius libro undecimo (4) scribit, nam et si quid dominus ab eo, qui rem peculiarem surripuit, vel consecutus est, vel consequi potest, in peculium esse ei imputandum, Neratius libro secundo Responsorum scribit.

§ 2.—Peculium [**10.**] (5) autem deducto, quod domino debetur, computandum esse, quia praevenisse dominus et cum servo suo egisse creditur.

§ 3.—Huic definitioni Servius adiecit, etsi quid his debeatur, qui sunt in eius potestate, quoniam hoc quoque domino deberi nemo ambigit.

§ 4.—Praeterea id etiam deducetur, quod his personis debetur, quae sunt in tutela vel cura domini vel patris, vel quorum negotia administrant, dummodo dolo careant, quoniam, et si per dolum peculium vel ademerint vel imminuerint, tenentur; nam si semper praevenire dominus et agere videtur, cur non dicatur, etiam hoc nomine eum secum egisse, quo nomine vel tutelae, vel negotiorum gestorum, vel utili actione tenebitur? Nam, ut eleganter Pedius ait, ideo hoc minus in peculio est, quod domino vel patri debetur, quoniam non est verisimile, dominum id concedere servo in peculium habere, quod sibi debetur. Sane quum ex ceteris causis ipsum a semet ipso exegisse dicimus, qui negotia vel tutelam geret, cur non etiam in specie peculiari exegerit, quod exigi debuit? Defendendum igitur erit, quasi sibi eum solvere, quum quis agere de peculio conabitur.

§ 5.—Sed et creditor servi, qui heres extitit domino eius, deducit de peculio, quod sibi debetur, si conveniatur (6), sive libertatem servus acceperit, sive non. Idemque et si legatus sit pure

(1) prout, *omitenla Hal. Vulg.*
(2) XVII., *Hal.*
(3) traditionem, *otros en Hal.*

señor, y el señor quiso quedar siéndole deudor, ó si el señor demandó al deudor de él; por lo cual, si acaso por compra del esclavo el señor exigió el duplo por razón de evicción, se habrá convertido en beneficio del peculio del esclavo, á no ser acaso que el señor haya tenido el propósito de no querer que aquello fuese para el peculio del esclavo.

§ 7.—Mas también si algo le debe un consiervo será del peculio, si aquel tuviera peculio, ó segun que lo tuviere.

8. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro IV.*—Lo que de su caudal quiso el señor que fuese del peculio, no lo hizo inmediatamente peculio, sino si lo entregó, ó si estando en poder del esclavo lo tuvo por entregado; porque la cosa requiere la entrega natural. Mas por el contrario, tan pronto como no quiso que haya peculio del esclavo, deja de haber peculio.

9. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Pero si el señor hubiere causado algún daño al esclavo, no se computará esto para el peculio, no de otra suerte que si le hubiere substraído alguna cosa.

§ 1.—Mas si causó el daño ó cometió el hurto un consiervo, se entiende que se computa en el peculio. Y así lo escribe Pomponio en el libro undécimo, porque escribe Neracio en el libro segundo de las Respuestas, que también si el señor ó recuperó, ó pudo recuperar algo de aquel que hurtó alguna cosa del peculio, se le ha de computar en el peculio.

§ 2. [**10.**]—Pero que se ha de computar el peculio, deducido lo que se debe al señor, porque se cree que el señor se anticipó y ejercitó la acción contra su esclavo.

§ 3.—A esta definición añadió Servio, aunque se deba alguna cosa á los que están bajo su potestad, porque nadie duda que también esto se deba al señor.

§ 4.—Además de esto, también se deducirá lo que se debe á las personas que están en la tutela ó en la curatela del señor ó del padre, ó cuyos negocios administran, con tal que carezcan de dolo, porque están obligados también si por dolo hubieren ó quitado ó disminuido el peculio; porque si se entiende que siempre el señor se anticipa y ejercita la acción, ¿por qué no se dirá, que también por esta razón reclamó contra sí mismo, por cuya razón se obligará ó con la acción de tutela, ó con la de gestión de negocios, ó con la útil? Porque, como discretamente dice Pedio, hay de menos en el peculio lo que se debe al señor ó al padre, por esto, porque no es verosímil que el señor conceda al esclavo que tenga en el peculio lo que á él se le debe. A la verdad, puesto que decimos que por las demás causas cobró de sí mismo el que administra los negocios ó la tutela, ¿por qué no habrá de exigir también, tratándose del peculio, lo que debió exigirse? Así, pues, se habrá de sostener como que él se paga á sí mismo, cuando alguno intentare ejercitar la acción de peculio.

§ 5.—Pero también el acreedor del esclavo, que quedó heredero de su señor, deduce del peculio lo que se le debe, si fuera demandado, ora el esclavo hubiere recibido, ora no, la libertad. Y lo mis-

(4) vicesimo secundo, *Hal.;* duodecimo, *Vulg.*
(5) *Según las ediciones vulgares.*
(6) si conveniatur, *omítelas Hal.*

servus; nam quasi praevenerit et ipse secum (1) egerit, sic deducet, quod sibi debetur, licet nullo momento dominium in manumisso vel legato pure habuerit; et ita Iulianus libro duodecimo scribit. Certe si sub conditione servus libertatem acceperit, minus dubitanter Iulianus (2) eodem loco scribit, heredem deducere, dominus enim factus est. Ad defensionem sententiae suae Iulianus etiam illud affert, quod, si ei, qui post mortem servi vel filii intra annum potuit conveniri de peculio, heres extitero, procul dubio deducam, quod mihi debetur.

mo también si el esclavo hubiera sido legado puramente; porque, cual si se hubiere anticipado y él se hubiere demandado á sí mismo, de este modo deducirá lo que se le debe, aunque en ningún momento haya tenido el dominio sobre el manumitido ó sobre el legado puramente; y así lo escribe Juliano en el libro duodécimo. A la verdad, si bajo condición hubiere recibido el esclavo la libertad, con menos duda escribe Juliano en el mismo lugar, que el heredero hace la deducción, porque se hizo señor. En defensa de su opinión añade Juliano también esto, que si yo hubiere quedado heredero de aquel que, después de la muerte del esclavo ó del hijo, pudo ser demandado dentro del año con la acción de peculio, sin duda alguna deduciré lo que se me debe.

§ 6.—Sive autem ex contractu quid domino debeat (3), sive ex rationum reliquiis, deducet dominus. Sed et si ex delicto ei debeat (4), utputa ob furtum, quod fecit, aeque deducetur. Sed est quaestionis, utrum ipsa furti aestimatio, id est id solum, quod domino abest, an vero tantum, quantum si alienus servus commisisset, id est cum furti poenis? Sed prior sententia verior est, ut ipsa furti aestimatio sola deducatur.

§ 6.—Mas, ya si debiera algo al señor por razón de contrato, ya si por resto de cuentas, el señor lo deducirá. Pero también si le debiera por un delito, por ejemplo, por hurto que cometió, se deducirá igualmente. Pero cuestiónase, ¿acaso la misma estimación del hurto, esto es, sólo lo que falta al señor, ó tanto cuanto si un esclavo ajeno hubiese cometido el hurto, esto es, con las penas del hurto? Pero es más verdadera la primera opinión, de que se deduzca solamente la misma estimación del hurto.

§ 7.—Si ipse servus sese vulneravit, non debet hoc damnum deducere, non magis, quam si se occiderit vel praecipitaverit; licet enim etiam (5) servis naturaliter in suum corpus saevire. Sed si a se vulneratum servum dominus curaverit, sumtuum nomine debitorem eum domino puto effectum, quamquam, si aegrum eum curasset, rem suam potius egisset.

§ 7.—Si el esclavo se hirió á sí mismo, no debe deducir este perjuicio, no de otra suerte que si se hubiere matado ó arrojado á un precipicio; porque también á los esclavos les es lícito por naturaleza ser crueles con su propio cuerpo. Pero si el señor hubiere curado al esclavo que se hirió á sí mismo, opino que por razón de los gastos se hizo deudor del señor, no obstante que, si le hubiese curado enfermo, más bien habría cuidado de negocio propio.

§ 8.—Item deducetur de peculio, si quid dominus servi nomine obligatus est, aut praestitit obligatus, ita, si quid ei creditum est iussu domini; nam hoc deducendum Iulianus libro duodecimo (6) Digestorum scribit. Sed hoc ita demum verum puto, si non in rem domini vel patris, quod acceptum est, pervenit, alioquin secum debebit compensare. Sed et si pro servo fideiusserit, deducendum Iulianus libro duodecimo Digestorum scribit. Marcellus autem in utroque, si nondum quidquam domino absit, melius esse ait, praestare creditori, ut caveat ille refusurum se, si quid praestiterit dominus hoc nomine conventus, quam ab initio deduci, ut medii temporis interusurium magis creditor consequatur. Sed si de peculio conventus dominus condemnatus est, debebit de (7) sequente actione de peculio deduci (8); coepit enim dominus vel pater iudicati teneri, nam etsi quid servi nomine non condemnatus praestitisset creditori, etiam hoc deduceret.

§ 8.—También se deducirá del peculio, si en nombre del esclavo el señor se obligó á alguna cosa, ú obligado la dió, de este modo, si se le prestó alguna cosa por mandato del señor; porque escribe Juliano en el libro duodécimo del Digesto, que se ha de deducir esto. Pero esto lo juzgo verdadero solamente de esta suerte, si lo que se recibió no llegó á entrar en los bienes del señor ó del padre, porque de otro modo deberá compensarlo consigo mismo. Pero también si hubiere afianzado por el esclavo, escribe Juliano en el libro duodécimo del Digesto, que lo ha de deducir. Mas dice Marcelo, que en uno y otro caso, si aun no faltara cosa alguna al señor, es mejor que pague al acreedor, para que él dé caución de que la restituirá, si demandado por esta causa hubiere el señor pagado alguna cosa, que no que se deduzca desde un principio, para que más bien perciba el acreedor el interés del tiempo medio. Pero si demandado por la acción de peculio fué condenado el señor, deberá deducirse de la siguiente acción de peculio; porque comenzó el señor ó el padre á estar obligado por la acción de cosa juzgada, pues aunque no condenado hubiese pagado al acreedor alguna cosa en nombre del esclavo, también esto lo deduciría.

**10.** [11.] GAIUS *libro IX.* (9) *ad Edictum provinciale.*—Si vero adhuc in suspenso est prius

**10.** [11.] GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro IX.*—Pero si aun está pendiente el pri-

(1) cum servo, *(en lugar de* secum), *Hal.*
(2) minus dubitatur, et Iulianus, *Hal.*
(3) debeatur, *Hal. Vulg.*
(4) debeatur, *Hal. Vulg.*
(5) etiam, *omítela Hal.*
(6) XXV., *Vulg.*
(7) de, *conjetura Br. que ha de suprimirse;* in sequente, *Hal.*
(8) sed si alius de peculio egit et vicit, oportet deduci, *adiciona Hal.*
(9) VIII., *Hal.*

iudicium de peculio, et ex posteriore iudicio res iudicaretur, nullo modo debet prioris iudicii ratio haberi in posteriore condemnatione, quia in actione de peculio occupantis melior est conditio. Occupare autem videtur non qui prior litem contestatus est, sed qui prior ad sententiam iudicis pervenit.

**11. [12.]** Ulpianus *libro XXIX. ad Edictum.* —Si noxali iudicio conventus dominus litis aestimationem obtulerit, de peculio deducendum est; quodsi noxae dederit, nihil est deducendum.

§ 1.—Sed et si quid dominus soluturum se servi nomine repromisit, deduci oportebit, quemadmodum si quid domino servus pro debitore expromiserat. Idem est et si pro libertate quid domino expromisit, quasi debitor domino sit effectus; sed ita demum, si manumisso eo agatur.

§ 2.—Sed si a debitore dominico servus exegerit, an domini debitorem se fecerit, quaeritur. Et Iulianus libro duodecimo Digestorum non aliter dominum deducturum ait, quam si ratum habuisset, quod exactum est. Eadem et in filiofamilias dicenda erunt. Et puto veram Iuliani sententiam, naturalia enim debita spectamus in peculii deductione (1); est autem natura aequum, liberari filium vel servum obligatione eo, quod indebitum (2) videtur exegisse.

§ 3.—Est autem quaestionis, an id, quod dominus semel deduxit, quum conveniretur, rursus, si conveniatur de peculio, eximere debeat, an vero veluti solutum ei videatur semel facta deductione? Et Neratius et Nerva putant, item Iulianus libro duodecimo (3) scribit, si quidem abstulit hoc de peculio, non debere deduci; si vero eandem positionem peculii reliquit, debere eum deducere.

§ 4.—Denique scribit, si servus vicarium quinque valentem in peculium (4) habuit, et domino quinque deberet, pro quibus vicarium dominus deduxisset, et mortuo postea vicario alium eiusdem pretii servus comparaverit, non desinere domini esse debitorem, quasi vicarius ille domino decesserit, nisi forte, quum eum servo ademisset, et sibi solvisset, tunc decesserit.

§ 5.—Idem recte ait, si, quum vicarius valeret decem, dominus conventus de peculio quinque pro servo praestitisset, quoniam quinque ipsi debebantur, mox vicarius decessisset, adversus alium agentem de peculio decem dominum deducturum, quia et in eo, quod iam pro eo solvit, debitorem servum sibi fecerit. Quae sententia vera est, nisi servo ademit vicarium, ut sibi solveret.

§ 6.—Quod autem deduci debere diximus id, quod debetur ei, qui de peculio convenitur, ita accipiendum est, si non hoc aliunde consequi potuit.

§ 7.—Denique Iulianus scribit, venditorem, qui servum cum peculio vendidit, si de peculio con-

mer juicio de peculio, y la cosa fuese juzgada en virtud del juicio posterior, de ningún modo debe tenerse cuenta del primer juicio en la posterior condena, porque en la acción de peculio es mejor la condición del ocupante. Pero se entiende que ocupa, no el que primero contestó la demanda, sino el que primero llegó á la sentencia del juez.

**11. [12.]** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Si demandado el señor con la acción noxal hubiere ofrecido la estimación del litigio, se ha de deducir del peculio; pero si hubiere hecho dación por la noxa, no se ha de deducir nada.

§ 1.—Pero también si el señor prometió que él pagará alguna cosa en nombre del esclavo, deberá deducirse, del mismo modo que si el esclavo había prometido al señor alguna cosa por el deudor. Lo mismo es también si prometió algo al señor por su libertad, cual si se hubiera hecho deudor del señor; pero solamente así, si se intentara la acción habiendo sido él manumitido.

§ 2.—Pero si el esclavo hubiere cobrado de un deudor del señor, pregúntase si se habrá él hecho deudor del señor. Y dice Juliano en el libro duodécimo del Digesto, que no lo habrá de deducir el señor de otro modo, que si hubiese ratificado lo que se cobró. Lo mismo se habrá de decir también respecto al hijo de familia. Y considero verdadera la opinión de Juliano, porque para las deducciones del peculio atendemos á débitos naturales; mas es equitativo por naturaleza que se libre de la obligación el hijo ó el esclavo, por esto, porque parece que cobró lo no debido.

§ 3.—Mas cuestiónase, si lo que el señor una vez dedujo, cuando fuese demandado, deberá sacarlo otra vez, si fuera demandado con la acción de peculio, ó ¿si una vez hecha la deducción se entenderá como que se le pagó á él? Y opinan Neracio y Nerva, y escribe también Juliano en el libro duodécimo, que si verdaderamente separó esto del peculio, no debe deducirse; pero que si dejó en el mismo estado el peculio, debe él deducirlo.

§ 4.—Finalmente escribe, que si el esclavo tuvo en el peculio un vicario que valía cinco, y debiese al señor otros cinco, por los cuales el señor hubiese deducido el vicario, y muerto después el vicario hubiere el esclavo comprado otro del mismo precio, no deja de ser deudor del señor, cual si aquel vicario hubiere muerto para el señor, á no ser acaso que cuando se lo hubiese quitado al esclavo, y se hubiese pagado á sí mismo, entonces hubiere fallecido.

§ 5.—Con razón dice el mismo, que si valiendo diez el vicario, demandado el señor con la acción de peculio hubiese pagado cinco por el esclavo, porque á él mismo se le debían otros cinco, y después hubiese fallecido el vicario, el señor habrá de deducir diez contra otro que ejercite la acción de peculio, porque habrá hecho deudor suyo al esclavo también por lo que ya pagó por él. Cuya opinión es verdadera, si no le quitó al esclavo el vicario, para pagarse á sí propio.

§ 6.—Mas lo que hemos dicho, que debe deducirse lo que se debe al que es demandado con la acción de peculio, se ha de entender de este modo, si esto no pudo cobrarlo de otro modo.

§ 7.—Finalmente escribe Juliano, que el vendedor que vendió al esclavo con el peculio, si

(1) *Según reciente corrección del códice Fl., Br.; Hal.;* deductionem, *Taur. según la escritura original.*
(2) *Fl. según Br.; Hal.;* in debitum, *Taur.*

(3) digestorum, *adiciona Hal.*
(4) peculio, *Vulg.*

veniatur, non debere deducere, quod sibi debetur; potuit enim hoc ex ratione peculii detrahere et nunc condicere quasi indebitum, quoniam non est in peculio, quod domino debetur; potest, inquit, etiam ex vendito agere. Quod ita erit probandum, si tantum fuit in peculio, quum venderet, ut satis facere debito dominus posset (1); ceterum si postea quid accessit conditionibus debiti existentibus, quod dominus non distraxerat, contra erit dicendum.

§ 8.—Idem scribit, si quis servum, cuius nomine de peculio habebat actionem, comparasset, an possit deducere, quod sibi debetur, quoniam adversus venditorem habeat actionem de peculio? Et recte ait, posse; nam et quivis alius potest eligere, utrum cum emtore, an cum venditore ageret (2); hunc igitur eligere pro actione deductionem. Nec video, quid habeant creditores, quod querantur, quum possint ipsi venditorem convenire, si quid forte putant esse in peculio.

§ 9.—Non solum autem quod ei debetur, qui convenitur, deducendum est, verum etiam si quid socio eius debetur. Et ita Iulianus libro duodecimo Digestorum scribit; nam qua ratione in solidum alteruter convenitur, pari ratione deducere eum oportet, quod alteri debetur; quae sententia recepta est,

**12.** [**13.**] Iulianus *libro XII. Digestorum.* — quia hoc casu etiam cum eo agi potest, penes quem peculium non est;

**13.** [**14.**] Ulpianus *libro XXIX. ad Edictum.* —sed in emtore et venditore vera non est. Item in fructuario et proprietario, et ceteris, qui non sunt socii, et in domino, et bonae fidei emtore; nam et Iulianus libro duodecimo (3) scribit, neutrum horum deducere id, quod alteri debetur.

**14.** [**15.**] Iulianus *libro XII. Digestorum.* — Item quum testamento praesenti die servus liber esse iussus est, cum omnibus heredibus de peculio agendum est; nec quisquam eorum amplius deducet, quam quod ipsi debeatur.

§ 1.—Item quum servus vivo domino mortuus est, deinde dominus intra annum plures heredes reliquit, et de peculio actio, et deductionis ius scinditur.

**15.** [**16.**] Ulpianus *libro XXIX. ad Edictum.* —Sed si duo sint bonae fidei possessores, adhuc dicendum erit, neutrum plus deducturum, quam quod sibi debetur. Idemque et si duo sunt fructuarii, quia nullam inter se habent societatem. Idem dicetur interdum et in sociis, si forte separata apud se peculia habeant, ut alter alterius peculii nomine non conveniatur; ceterum si commune sit peculium, et in solidum convenientur, et deducetur, quod utrique debetur.

(1) *Hal.;* possit, *Fl.*
(2) agere velit, *Hal.*

fuera demandado con la acción de peculio, no debe deducir lo que á él se le debe; porque pudo deducir esto de la cuenta del peculio y ejercitar ahora la condicción como de cosa no debida, porque no está en el peculio lo que se debe al señor; y dice, que puede ejercitar también la acción de venta. Lo que se habrá de aprobar de este modo, si, cuando vendiese, hubo tanto en el peculio, que pudiera el señor satisfacer la deuda; pero si después, cumpliéndose las condiciones de la deuda, se agregó alguna cosa, que el señor no había vendido, se habrá de decir lo contrario.

§ 8.—Escribe el mismo, si alguno hubiese comprado el esclavo, en cuyo nombre tenía la acción de peculio, ¿podrá deducir lo que á él se le debe, porque tenga contra el vendedor la acción de peculio? Y con razón dice, que puede; porque también otro cualquiera puede elegir, si ejercitará la acción contra el comprador, ó contra el vendedor; luego éste puede elegir la deducción por la acción. Y no veo qué razón tengan los acreedores para quejarse, pudiendo ellos mismos demandar al vendedor, si acaso creen que hay algo en el peculio.

§ 9.—Mas no solamente se ha de deducir lo que se debe al que es demandado, sino también si se le debe alguna cosa á su socio. Y así lo escribe Juliano en el libro duodécimo del Digesto; porque por la misma razón que uno de los dos es demandado por el todo, conviene que él deduzca lo que se le debe al otro; cuya opinión está admitida,

**12.** [**13.**] Juliano; *Digesto, libro XII.*—porque en este caso también puede intentarse la acción contra aquel en cuyo poder no está el peculio;

**13.** [**14.**] Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—pero respecto al comprador y al vendedor no es verdadera. Tampoco respecto al usufructuario y al propietario, y á los demás que no son socios, y respecto al señor, y al comprador de buena fe; porque también Juliano escribe en el libro duodécimo, que ninguno de estos deduce lo que se debe á otro.

**14.** [**15.**] Juliano; *Digesto, libro XII.* — Asimismo, cuando en el testamento se mandó que en el día presente fuera libre el esclavo, se ha de ejercitar la acción de peculio contra todos los herederos; y ninguno de ellos deducirá más que lo que á él mismo se le deba.

§ 1.—Igualmente, cuando el esclavo murió viviendo su señor, y después el señor dejó dentro del año muchos herederos, se divide, así la acción de peculio, como el derecho de deducción.

**15.** [**16.**] Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Pero si hubiera dos poseedores de buena fe, aun se habrá de decir, que ninguno ha de deducir más que lo que á él se le debe. Y lo mismo también si hay dos usufructuarios, porque no tienen entre sí ninguna sociedad. Lo mismo se dirá á veces también respecto á los socios, si acaso tuvieran en su poder separados los peculios, para que el uno no sea demandado por razón del peculio del otro; pero si el peculio fuera común, serán demandados por el todo, y se deducirá lo que se debe á uno y otro.

(3) digestorum, *adicionan Hal. Vulg.*

**16.** [**17.**] IULIANUS *libro XII. Digestorum.*—Quis ergo casus est, quo peculium servi communis ad alterum ex dominis solum pertineat? In primis, si quis servi partem dimidiam vendiderit, nec peculium ei concesserit. Deinde, si quis servo communi pecuniam, vel res aliquas ea mente dederit, ut proprietatem earum (1) retineret, administrationem autem servo concederet. Marcellus notat: est etiam ille casus, si alter ademerit, vel si omni quidem modo concesserit dominus, sed in nominibus erit concessio.

**16.** [**17.**] JULIANO; *Digesto, libro XII.*—¿Qué caso, pues, hay en el cual el peculio de un esclavo común pertenezca solamente á uno de los señores? En primer lugar, si alguno hubiere vendido la mitad del esclavo, y no le hubiere concedido peculio. En segundo lugar, si alguno hubiere dado á un esclavo común dinero ú otras cosas con la intención de retener la propiedad de ellas, pero le concediese al esclavo la administración. Marcelo nota: hay también este caso, si uno se lo hubiere quitado, ó si el señor se lo hubiere concedido ciertamente en absoluto, pero respecto á los créditos hubiere la concesión.

**17.** [**18.**] ULPIANUS *libro XXIX. ad Edictum.*—Si servus meus ordinarius vicarios habeat, id, quod vicarii mihi debent, an deducam ex peculio servi ordinarii? Et prima illa quaestio est, an haec peculia in peculio servi ordinarii computentur? Et Proculus et Atilicinus existimant, sicut ipsi vicarii sunt in peculio, ita etiam peculia eorum; et id quidem, quod mihi dominus eorum, id est ordinarius servus, debet, etiam ex peculio eorum detrahetur, id vero, quod ipsi vicarii debent, duntaxat ex ipsorum peculio. Sed et si quid non mihi, sed ordinario servo debent, deducetur de peculio eorum, quasi conservo debitum, id vero, quod ipsis debet ordinarius servus, non deducetur de peculio ordinarii servi, quia peculium eorum in peculio ipsius est; et ita Servius respondit. Sed peculium eorum augebitur, ut opinor, quemadmodum si dominus servo suo debeat.

**17.** [**18.**] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Si un esclavo mío ordinario tuviera vicarios, ¿deduciré acaso del peculio del esclavo ordinario lo que los vicarios me deben? Y la primera cuestión es esta, ¿se computarán estos peculios en el peculio del esclavo ordinario? Y juzgan Próculo y Atilicino, que así como los mismos vicarios están en el peculio, así también están los peculios de ellos; y á la verdad, lo que me debe el señor de ellos, esto es, el esclavo ordinario, se deducirá también del peculio de ellos, pero lo que deben los mismos vicarios, solamente del peculio de los mismos. Pero también si deben alguna cosa, no á mí, sino al esclavo ordinario, se deducirá del peculio de ellos, como debido á un consiervo; pero lo que el esclavo ordinario les debe á ellos mismos, no se deducirá del peculio del esclavo ordinario, porque el peculio de ellos está en el peculio de este mismo; y así lo respondió Servio. Pero el peculio de ellos se aumentará, según opino, á la manera que si el señor debiera á su esclavo.

**18.** [**19.**] PAULUS *libro IV.* (2) *Quaestionum.*—Cui consequens est, ut, si Sticho peculium suum legatum sit, isque ex testamento agit, non aliter cogetur id, quod vicarius eius testatori debet, relinquere, nisi is, id est vicarius, peculium habeat.

**18.** [**19.**] PAULO; *Cuestiones, libro IV.*—A lo cual es consiguiente, que si á Stico se le hubiera legado su peculio, y éste demandó en virtud del testamento, no será obligado de otro modo á dejar lo que su vicario debe al testador, sino si éste, esto es, el vicario, tuviera peculio.

**19.** [**20.**] ULPIANUS *libro XXIX. ad Edictum.*—Hinc quaeritur, si ordinarii servi nomine actum sit de peculio, an agi possit et vicariorum? Et puto non posse. Sed si actum sit de peculio vicarii, agi poterit et de peculio ordinarii.

**19.** [**20.**] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Por esto se pregunta, ¿si se hubiera ejercitado en nombre del esclavo ordinario la acción de peculio, podría acaso ejercitarse también en el de los vicarios? Y opino que no se puede. Pero si se hubiera ejercitado la acción sobre el peculio del vicario, podrá ejercitarse también respecto al peculio del ordinario.

§ 1.—Potest esse apud me duplicis iuris peculium, utputa servus est dotalis, potest habere peculium, quod ad me respiciat, potest et quod ad mulierem. Nam quod ex re mariti quaesiit, vel ex operis suis, id ad maritum pertinet; et ideo si respectu mariti heres sit institutus, vel ei legatum datum, id eum non debere restituere, Pomponius scribit. Si igitur mecum agatur ex eo contractu, qui ad me respicit, utrum omne deducam, quod (3) debetur mihi sive ex mea causa, sive ex ea, quae ad uxorem respicit, an vero separamus causas, quasi in duodus peculiis, ut et causa debiti, quod petitur, spectetur; ut, si quidem ex eo peculio agatur, quod ad mulierem spectat, id deducam, quod ex eo contractu debeatur, si ex eo contractu, qui ad me respicit, meum deducam? Quae quaestio dilucidius est in fructuario tracta-

§ 1.—Puede estar en mi poder un peculio de doble derecho, por ejemplo, si el esclavo es dotal, puede tener peculio que me corresponda, y puede tenerlo también que corresponda á mi mujer. Porque lo que adquirió con bienes del marido, ó por su propio trabajo, esto pertenece al marido; y por lo tanto, si por consideración del marido hubiera sido instituido heredero, ó se le hubiera dado un legado, escribe Pomponio, que esto no lo debe él restituir. Si, pues, se me demandara por este contrato, que me respecta, ¿deduciré acaso todo lo que se me debe, ya sea por causa mía, ya por la que respecta á mi mujer, ó por el contrario separamos las causas, como respecto de dos peculios, para que también se mire la causa de la deuda que se pide; á fin de que, si ciertamente se demandara por aquel peculio, que á mi mujer corres-

(1) *Según antigua corrección del códice Fl.;* eorum, *según la escritura original, Taur.*
(2) III., *Hal.*

(3) *Según la escritura original;* quidquid, *según antigua corrección del códice Fl., Br.;* quodquod, *por conjetura.*

ta, utrum ex eo demum contractu potest de peculio conveniri, quod a (1) se pertinet, an ex omni? Et Marcellus etiam fructuarium teneri scribit, et ex omni contractu; eum enim, qui contrahit, totum servi peculium velut patrimonium intuitum. Certe illud admittendum omni modo dicit, ut priore convento, ad quem res respicit, in superfluum is, cui quaesitum non est, conveniatur; quae sententia probabilior est et a Papiniano probatur. Quod et in duobus bonae fidei emtoribus erit dicendum. Sed in marito melius est dicere, simpliciter eum de peculio teneri. Sin autem maritus huiusmodi servi nomine aliquid praestiterit, an adversus mulierem agentem dotis nomine deducere id possit? Et ait, si id, quod creditori praestitum est, ad utriusque generis peculium pertinebit, pro rata utrique peculio decedere (2) debere. Ex quo intelligi potest, si ad alterum peculium contractus pertinebit, modo soli uxori detrahi, modo non detrahi, si ad id peculium pertinuit contractus, quod apud maritum resedit.

ponde, deduzca yo lo que por aquel contrato se deba, y si por un contrato, que me respecta, deduzca lo mío? Cuya cuestión está planteada con más claridad respecto del usufructuario, diciéndose, ¿puede acaso ser demandado respecto al peculio, que á él le pertenece, solamente por aquel contrato, ó por otro cualquiera? Y escribe Marcelo, que también el usufructuario se obliga, y por todo contrato; porque el que contrata consideró todo el peculio del esclavo como patrimonio. Dice que ciertamente se ha de admitir de todos modos esto, para que demandado primero aquel á quien la cosa corresponde, sea demandado por el resto aquel para quien no se adquirió; cuya opinión es más aceptable y es aprobada por Papiniano. Lo cual se habrá de decir también respecto de dos compradores de buena fe. Pero respecto del marido es mejor decir, que se obliga sencillamente por la acción de peculio. Pero si el marido hubiere pagado alguna cosa en nombre de tal esclavo, ¿podrá deducirla contra la mujer que reclame en nombre de la dote? Y dice, que si lo que se pagó al acreedor perteneciere á peculio de uno y otro género, debe deducirse á prorrata de uno y otro peculio. De lo cual puede entenderse, que si el contrato perteneciere á un solo peculio, unas veces se deduce sólo para la mujer, y otras veces no se deduce, si el contrato perteneció á aquel peculio que residió en poder del marido.

§ 2.—Interdum et ipsi fructuario adversus dominum datur actio de peculio, utputa si apud eum habeat peculium, apud ipsum vero aut nihil, aut minus, quam fructuario debetur. Idem etiam contra eveniet, quamvis in duobus dominis sufficiat pro socio vel communi dividundo actio;

§ 2.—A veces la acción de peculio se da también al mismo usufructuario contra el señor, por ejemplo, si tuviera en su poder el peculio, y en poder del mismo ó no hubiera nada, ó hubiera menos de lo que se debe al usufructuario. Lo mismo sucederá también al contrario, aunque respecto de dos señores baste la acción de sociedad, ó la de división de cosa común;

**20.** [**21.**] Paulus *libro XXX. ad Edictum.*—nam inter se agere socii de peculio non possunt.

**20.** [**21.**] Paulo; *Comentarios al Edicto, libro XXX.*— porque los socios no pueden ejercitar entre sí la acción de peculio.

**21.** [**22.**] Ulpianus *libro XXIX. ad Edictum.*—Summa cum ratione etiam hoc peculio Praetor imputabit (3), quod dolo malo domini factum est, quominus in peculio esset. Sed dolum malum accipere debemus, si ei ademit peculium. Sed et si eum intricare peculium in necem creditorum passus est, Mela scribit, dolo malo eius factum. Sed et si quis, quum suspicaretur (4) alium secum acturum, alio peculium avertat, dolo non caret; sed si alii solvit, non dubito de hoc, quin non teneatur, quoniam creditori solvitur (5), et licet creditori vigilare ad suum consequendum.

**21.** [**22.**] Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Con mucha razón computará el Pretor también en este peculio, lo que con dolo malo del señor se hizo que no estuviese en el peculio. Pero debemos entender dolo malo, si le quitó el peculio. Mas también si consintió que empeñase el peculio en perjuicio de los acreedores, escribe Mela, que esto se hizo con dolo malo de él. Pero asimismo, si alguien, sospechando que uno le habrá de demandar, transmitiese el peculio á otro, no carece de dolo; pero si pagó á otro, no dudo respecto á esto que no se obliga, porque se paga á un acreedor, y es lícito á un acreedor vigilar para conseguir lo suyo.

§ 1.—Si dolo tutoris, vel curatoris furiosi, vel procuratoris factum sit, an pupillus, vel furiosus, vel dominus de peculio conveniatur, videndum. Et puto, si solvendo tutor (6) sit, praestare pupillum ex dolo eius, maxime si quid ad eum pervenit; et ita Pomponius libro octavo Epistolarum scribit. Idem et in curatore et procuratore erit dicendum.

§ 1.—Pero si se hubiera obrado con dolo del tutor, ó del curador del furioso, ó del procurador, se ha de ver si será demandado con la acción de peculio el pupilo, ó el furioso, ó el señor. Y opino, que si el tutor fuera solvente, responde el pupilo del dolo de aquél, mayormente si alguna cosa fué á su poder; y así lo escribe Pomponio en el libro octavo de las Epístolas. Lo mismo se habrá de decir respecto al curador y al procurador.

§ 2.—Emtor autem ex dolo venditoris non te-

§ 2.—Mas el comprador no se obligará por el

(1) a, *dice el texto; pero parece que debe leerse* ad, *como en otras ediciones.—N. del T.*
(2) utrumque de peculio deducere, *Vulg.*
(3) *Hal.;* imputaVit, *Taur.*

(4) *Taur. y los códices más atendibles, Br.;* susciperetur, *Fl.*
(5) solvit, *Hal.*
(6) *Véase el fragmento 1. D. XXVI. 9.;* non, *inserta Hal.*

nebitur, nec heres, vel alius successor, nisi in id, quod ad se pervenit.

§ 3.—Sive autem post iudicium acceptum, sive ante dolo factum sit, continetur officio iudicis.

§ 4.—Si dominus vel pater recuset de peculio actionem, non est audiendus, sed cogendus est quasi aliam quamvis personalem actionem suscipere.

**22.** [**23.**] POMPONIUS *libro VII.* (1) *ad Sabinum.*—Si damni infecti aedium peculiarium nomine promiserit dominus, ratio eius haberi debet; et ideo ab eo, qui de peculio agit, domino cavendum est.

**23.** [**24.**] IDEM *libro IX. ad Sabinum.*—Aedium autem peculiarium nomine in solidum damni infecti promitti debet, sicut vicarii nomine noxale iudicium in solidum pati, quia pro pignore eas, si (2) non defendantur, actor abducit vel (3) possidet.

**24.** [**25.**] ULPIANUS *libro XXVI.* (4) *ad Sabinum.*—Curator furiosi administrationem peculii et dare, et denegare potest tam servo furiosi, quam filio.

**25.** [**26.**] POMPONIUS *libro XXIII.* (5) *ad Sabinum.*—Id vestimentum peculii esse incipit, quod ita dederit dominus, ut eo vestitu servum perpetuo uti vellet, eoque nomine ei traderet, ne quis alius eo uteretur, idque ab eo eius usus gratia custodiretur. Sed quod vestimentum servo dominus ita dedit utendum, ut non semper, sed ad certum usum certis (6) temporibus eo uteretur, veluti quum sequeretur eum, sive coenanti ministrabit, id vestimentum non esse peculii.

**26.** [**27.**] PAULUS *libro XXX. ad Edictum.*—Si semel ex ea causa, id est (7) quod dolo fecerit, dominus praestiterit de peculio conventus, ceteris ex eadem causa nihil praestabit. Si tantundem servus ei debeat, quantum dolo minuit, non erit condemnandus. His consequens erit, ut manumisso quoque vel alienato servo, ex causa etiam doli intra annum teneatur.

**27.** [**28.**] GAIUS *libro IX. ad Edictum provinciale.*—Et ancillarum nomine, et filiarumfamilias in (8) peculio (9) actio datur, maxime si qua sarcinatrix aut textrix erit, aut aliquod artificium vulgare exerceat, datur propter eam actio. Depositi quoque (10) et commodati actionem dandam earum nomine Iulianus ait; sed et tributoriam actionem, si peculiari merce sciente patre dominove negocientur, dandam esse. Longe magis non dubitatur, et si in rem versum est, quod (11) iussu patris dominive contractum sit.

(1) VIII., *Hal.*
(2) *Taur.*, eaSi.
(3) abducit vel, *omitelas Hal.*
(4) XXVII., *Hal.*
(5) XXX., *Hal.*
(6) certisque, *Hal.*
(7) id est, *omitelas Hal.*
(8) de *(en lugar de* in*)*, *Hal.*

dolo del vendedor, ni tampoco el heredero, ú otro sucesor, sino por aquello que fué á su poder.

§ 3.—Pero ya si se obró con dolo después de aceptado el juicio, ya si antes, esto se comprende en el ministerio del juez.

§ 4.—Si el señor ó el padre rehusara la acción de peculio, no ha de ser oido, sino que ha de ser obligado á aceptarla como otra cualquiera acción personal.

**22.** [**23.**] POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro VII.*—Si el señor hubiere prometido por razón de daño que amenazaban las casas del peculio, debe tenerse cuenta de esto; y por lo tanto, se ha de dar caución al señor por el que ejercita la acción de peculio.

**23.** [**24.**] EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro IX.*—Mas por razón de casas del peculio debe prometerse por el todo del daño que amenaza, así como soportarse el juicio noxal en nombre del vicario, porque si no se defendiesen, el actor las toma en prenda ó las posee.

**24.** [**25.**] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXVI.*—El curador del furioso puede así dar como denegar la administración del peculio, tanto á un esclavo del furioso, como al hijo.

**25.** [**26.**] POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XXIII.*— Comienza á ser del peculio aquel vestido que el señor hubiere dado de este modo, para que el esclavo usara siempre de aquel vestido como quisiera, y se lo entregase con el objeto de que ningún otro usara de él, y de que fuese guardado por él para este uso. Pero el vestido que el señor dió al esclavo para usarlo de este modo, no para que se sirviera de él siempre, sino para determinado uso en ciertas ocasiones, como para cuando le acompañase, ó le serviere al cenar, este vestido no es del peculio.

**26.** [**27.**] PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXX.*—Si demandado con la acción de peculio hubiere pagado el señor una vez por esta causa, esto es, porque hubiere obrado con dolo, nada pagará á los demás por la misma causa. Si el esclavo le debiera tanto cuanto con su dolo disminuyó el peculio, no habrá de ser condenado. A lo cual será consiguiente, que aun manumitido ó enajenado el esclavo, le quede obligado dentro del año también por causa del dolo.

**27.** [**28.**] GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro IX.*— Se da la acción sobre el peculio así en nombre de las esclavas, como en el de las hijas de familia, y especialmente, si alguna fuere costurera ó tejedora, ó ejerciera algún oficio vulgar, se da la acción por causa de ella. Dice Juliano, que también se ha de dar en nombre de ellas la acción de depósito y la de comodato; pero asimismo se ha de dar la acción tributoria, si sabiéndolo el padre ó el señor negociaran con mercancía del peculio. Y con mucha mayor razón no se duda, que también, si lo que se contrató por mandato del padre ó del señor se invirtió en provecho de su cosa.

(9) in peculium, *Vulg.*
(10) datur propter eas actio depositi quoque: et commodati actionem dandam, *Hal.*
(11) quidve *(en lugar de* quod*)*, *Hal. Vulg.*

§ 1.—Constat, heredem domini id quoque deducere debere, quod servus, cuius nomine cum eo de peculio ageretur, ante aditam hereditatem ex bonis hereditariis amovisset, consumsisset, corrupisset.

§ 2.—Si servus alienatus sit, quamvis in eum, qui alienaverit, intra annum Praetor de peculio actionem polliceatur, tamen nihilominus et in novum dominum actio datur; et nihil interest, aliud apud eum acquisierit peculium, an, quod pariter, quum eum (1) emerit vel ex donatione acceperit, eidem concesserit.

§ 3.—Illud quoque placuit, quod et Iulianus probat, omnimodo permittendum creditoribus vel in partes cum singulis agere, vel cum uno in solidum.

§ 4.—Sed ipsi, qui vendiderit servum, non putat Iulianus, de eo, quod ante venditionem crediderit, cum emtore de peculio agere permittendum.

§ 5.—Sed et si alieno (2) credidero, eumque redemero, deinde alienavero, aeque non putat mihi in emtorem dari debere iudicium.

§ 6.—In venditorem autem duntaxat intra annum post redemtionem numerandum de eo, quod adhuc alieno crediderim, dandam esse mihi actionem existimat, deducto eo, quod apud me peculii servus habebit.

§ 7.—Sicut autem de eo, quod ipse crediderim servo meo, non putat Iulianus in emtorem alienato eo actionem mihi dari debere, ita et de eo, quod servus meus servo meo crediderit, si is, cui creditum fuerit, alienatus sit, negat, permitti mihi debere cum emtore experiri.

§ 8.—Si quis cum servo duorum pluriumve contraxerit, permittendum est ei, cum quo velit dominorum in solidum experiri; est enim iniquum in plures adversarios distringi (3) eum, qui cum uno contraxerit; nec huius duntaxat peculii ratio haberi debet, quod apud eum, cum quo agitur, is servus haberet, sed et eius, quod apud alterum. Nec tamen res damnosa futura est ei, qui condemnatur, quum possit rursus ipse iudicio societatis vel communi dividundo, quod amplius sua portione solverit, a socio sociisve suis (4), consequi. Quod Iulianus ita locum habere ait, si apud alterum quoque fuit peculium, quia eo casu solvendo quisque etiam socium aere alieno liberare videtur; at si nullum sit apud alterum peculium, contra esse, quia nec liberare ullo modo aere alieno eum intelligitur.

**28.** [**29.**] Iulianus *libro XI.* (5) *Digestorum.*—Quare et si socio neque heres, neque bonorum possessor extitisset, eatenus damnari debet is, cum quo actum fuerit, quatenus peculium apud eum erit, et quantum ex bonis consequi potest.

**29.** [**30.**] Gaius *libro IX. ad Edictum provin-*

§ 1.—Consta, que el heredero del señor debe deducir también lo que el esclavo, en cuyo nombre se ejercitase contra él la acción de peculio, hubiese amovido, consumido, ó corrompido de los bienes de la herencia antes de adida la herencia.

§ 2.—Si fuera enajenado el esclavo, aunque contra el que lo hubiere enajenado prometa el Pretor la acción de peculio dentro del año, se da, sin embargo, la acción también contra el nuevo dueño; y nada importa, que haya adquirido otro peculio en poder de él, ó que le haya concedido el que al mismo tiempo que cuando á él hubiere comprado ó recibido por donación.

§ 3.—Asimismo plugo, lo que también aprueba Juliano, que de todos modos se ha de permitir á los acreedores ó ejercitar por sus partes la acción contra cada uno, ó contra uno solo por el todo.

§ 4.—Pero al mismo que hubiere vendido el esclavo, no opina Juliano que se le ha de permitir ejercitar la acción de peculio contra el comprador por aquello que hubiere prestado antes de la venta.

§ 5.—Pero si yo hubiere prestado á un esclavo ajeno, y lo hubiere comprado y después enajenado, igualmente tampoco opina que se me deba dar acción contra el comprador.

§ 6.—Pero opina, que contra el vendedor se me ha de dar acción tan solo dentro de un año, contadero después de la compra, por lo que yo hubiere prestado al que era todavía de otro, deducido lo que del peculio tuviere el esclavo en mi poder.

§ 7.—Mas así como por lo que yo mismo hubiere prestado á un esclavo mío no opina Juliano que, enajenado él, deba dárseme acción contra el comprador, así también niega que por lo que un esclavo mío hubiere prestado á otro esclavo mío se me deba permitir ejercitar la acción contra el comprador, si hubiera sido enajenado aquel á quien se hubiere prestado.

§ 8.—Si alguno hubiere contratado con el esclavo de dos ó de más, se le ha de permitir ejercitar por el todo la acción contra el que él quiera de los dueños; porque es injusto que se embarace contra muchos adversarios al que con uno solo hubiere contratado; y no debe tenerse cuenta solamente de aquel peculio, que el esclavo tuviera en poder de aquel contra quien se ejercita la acción, sino también del que tenga en poder de otro. Y tampoco ha de ser la cosa perjudicial para el que es condenado, como quiera que á su vez pueda el mismo conseguir de su socio ó socios, en el juicio de sociedad ó de división de cosa común, lo que de más de su porción hubiere pagado. Lo que dice Juliano que tiene lugar de este modo, si también hubo peculio en poder de otro, porque en este caso, pagando, se entiende que cualquiera libra también á su socio de una deuda; pero que si no hubiera peculio alguno en poder de otro, sucede lo contrario, porque tampoco se entiende que en modo alguno le libra de la deuda.

**28.** [**29.**] Juliano; *Digesto, libro XI.*—Por lo cual también si del socio no hubiese quedado ni heredero, ni poseedor de bienes, este, contra quien se hubiere ejercitado la acción, debe ser condenado en tanto cuanto el peculio estuviere en su poder, y por cuanto puede obtener de sus bienes.

**29.** [**30.**] Gayo; *Comentarios al Edicto provin-*

(1) cum eo, *Vulg.*
(2) servo, *suple la Vulg.*
(3) *Hal. Vulg.;* destringi, *Fl. según costumbre, Br.*

(4) *Taur. conforme al* asociosociisuesuiiisconsequi *del códice Fl., Br.;* a socio sociisve suis suum ius consequi, *Vulg.*
(5) XII., *Hal.;* duodecimo, *al márgen interior del códice Fl.*

*ciale.*—Si quis servum testamento liberum esse iusserit relictis heredibus his, qui cum servo contraxerunt, possunt inter se coheredes vel de peculio agere, quia de eo quisque peculio, quod apud eum esset, quolibet alio agente teneatur.

§ 1.—Etiam si prohibuerit contrahi cum servo dominus, erit in eum de peculio actio.

**30.** [**31.**] ULPIANUS *libro XXIX. ad Edictum.*—Quaesitum est, an teneat actio de peculio, etiamsi nihil sit in peculio, quum ageretur, si modo sit rei iudicatae tempore? Proculus et Pegasus nihilominus teneri aiunt; intenditur (1) enim recte, etiamsi nihil sit in peculio. Idem et circa ad exhibendum et in rem actionem placuit; quae sententia et a nobis probanda est.

§ 1.—Si cum ex parte herede domini vel patris agatur, duntaxat de peculio condemnandum, quod apud eum heredem sit, qui convenitur. Idem et (2) in rem verso pro parte, nisi si quid in ipsius heredis rem vertit, nec quasi unum ex sociis esse hunc heredem conveniendum, sed pro parte duntaxat.

§ 2.—Sed si ipse servus sit heres ex parte institutus, aeque cum eo agendum erit.

§ 3.—Sin vero filius sit, quamvis ex parte institutus, nihilominus in solidum actionem patietur; sed si velit pro parte nomen coheredis redimere, audiendus est. Qui enim, si in rem patris versum sit, cur non consequatur filius a coherede, quod in patris re est (3)? Idem et si peculium locuples sit.

§ 4.—Is, qui semel de peculio egit, rursus aucto peculio de residuo debiti agere potest.

§ 5.—Si annua exceptione sit repulsus a venditore creditor, subveniri ei adversus emtorem debet; sed si alia exceptione, hactenus subveniri (4), ut deducta ea quantitate, quam a venditore consequi potuisset, ab emtore residuum consequatur.

§ 6.—In dolo obiiciendo temporis ratio habetur, fortassis enim post tempus de dolo actionis non patietur dolum malum obiici Praetor, quoniam nec de dolo actio post statutum tempus datur.

§ 7.—In heredem autem doli clausula in id, quod ad eum pervenit, fieri debet, ultra non;

**31.** [**32.**] PAULUS *libro XXX. ad Edictum.*—sed si ipse heres dolo fecit, solidum praestat.

**32.** [**33.**] ULPIANUS *libro II. Disputationum.*—Si ex duobus vel pluribus heredibus eius, qui manumisso servo vel libero esse iusso, vel alienato, vel mortuo intra annum conveniri poterat,

*cial, libro IX.*—Si alguno hubiere dispuesto por testamento que sea libre un esclavo, habiendo dejado por herederos á aquellos que contrataron con el esclavo, pueden los coherederos demandarse entre sí ó por la acción de peculio, porque cada cual, ejercitando otro la acción, está obligado por el peculio que estuviese en su poder.

§ 1.—También si el señor hubiere prohibido que se contrate con el esclavo, habrá contra él la acción de peculio.

**30.** [**31.**] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Se preguntó, ¿obligará la acción de peculio, aunque nada haya en el peculio cuando se ejercitase, si lo hubiera al tiempo de ser juzgada la cosa? Próculo y Pegaso dicen que no obstante se queda obligado; porque se intenta rectamente, aunque nada haya en el peculio. Lo mismo plugo, así respecto á la acción de exhibición, como á la real; cuya opinión se ha de aprobar también por nosotros.

§ 1.—Si se ejercitara la acción contra el heredero parcial del señor ó del padre, se ha de condenar solamente por el peculio que haya en poder del heredero, que es demandado. Lo mismo también respecto de lo que parcialmente se convirtió en provecho de la cosa, salvo si algo se convirtió en provecho de cosa del mismo heredero, y este heredero no ha de ser demandado como uno de los socios, sino solamente respecto á su parte.

§ 2.—Pero si el mismo esclavo hubiera sido instituido heredero de parte, igualmente se habrá de ejercitar la acción contra él.

§ 3.—Mas si hubiera sido instituido el hijo, aunque en parte, soportará no obstante la acción por el todo; pero si quisiera redimir con arreglo á su parte el crédito de su coheredero, ha de ser oído. Porque ¿qué, si se hubiera convertido en provecho del padre, por qué el hijo no conseguirá del coheredero lo que se halla en los bienes del padre? Lo mismo también si el peculiio fuera rico.

§ 4.—El que una vez ejercitó la acción de peculio, aumentado el peculio, puede intentarla de nuevo por el resto de la deuda.

§ 5.—Si el acreedor hubiera sido repelido por el vendedor con la excepción anual, debe auxiliársele contra el comprador; pero si con otra excepción, debe ser auxiliado solamente para que, deducida aquella cantidad que hubiese podido obtener del vendedor, consiga del comprador lo restante.

§ 6.—En la oposición del dolo se tiene cuenta del tiempo, porque acaso después del tiempo de la acción de dolo no consentirá el Pretor que se oponga el dolo malo, puesto que tampoco se da la acción de dolo después del tiempo establecido.

§ 7.—Mas la cláusula de dolo debe dirigirse contra el heredero por aquello que fué á su poder, no por más;

**31.** [**32.**] PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXX.*—pero si el mismo heredero obró con dolo, responde por el todo.

**32.** [**33.**] ULPIANO; *Disputas, libro II.*—Si de dos ó más herederos del que, habiendo manumitido ó mandado que fuera libre el esclavo, ó enajenado, ó muerto, podía ser demandado dentro del

(1) intendi, *Hal.*
(2) de, *insertan Hal. Vulg.*
(3) quod in patris rem versum est, *Vulg.*
(4) subveniri, *omítela Hal.*

unus fuerit conventus, omnes heredes liberabuntur, quamvis non in maiorem quantitatem eius peculii, quod penes se habet, qui convenitur, condemnetur. Idque ita Iulianus scripsit, idemque est, et si in alterius rem fuerit versum. Sed et si plures sint fructuarii vel bonae fidei possessores, unus conventus ceteros liberat, quamvis non maioris peculii (1), quam penes se est, condemnari debeat. Sed si licet hoc iure contingat, tamen aequitas dictat, iudicium in eos dari, qui occasione iuris liberantur, ut magis eos perceptio, quam intentio liberet; nam qui cum servo contrahit, universum peculium eius, quod ubicunque est, veluti patrimonium intuetur.

año, hubiere sido demandado uno solo, quedarán libres todos los herederos, aunque no sea condenado en mayor cantidad del peculio, que tiene en su poder, el que es demandado. Y así lo escribió Juliano, y lo mismo es, también si se hubiere convertido en provecho de la cosa de otro. Pero también si fueran muchos los usufructuarios ó los poseedores de buena fe, demandado uno, libra á los demás, aunque no deba ser condenado en más del peculio, que está en su poder. Pero aunque esto suceda por derecho, dicta, sin embargo, la equidad, que se dé acción contra los que quedan libres con ocasión del derecho, para que más bien los libre la percepción que la intención; porque el que contrata con un esclavo considera como patrimonio todo su peculio, donde quiera que está.

§ 1.—In hoc autem iudicio, licet restauretur praecedens (2), tamen et augmenti, et decessionis rationem haberi oportet; et ideo, sive hodie nihil sit in peculio, sive accesserit aliquid, praesens status peculii spectandus est. Quare circa venditorem quoque et emtorem hoc nobis videtur verius, quod accessit peculio, posse nos ab emtore consequi, nec retrorsus, velut in uno iudicio, ad id tempus conventionem reducere emtoris, quo venditor conventus sit.

§ 1.—Mas en este juicio, aunque se restaure el precedente, debe sin embargo tenerse cuenta así del aumento, como de la disminución; y por lo tanto, ya si nada hubiera hoy en el peculio, ya si algo se le hubiere agregado, se ha de mirar el presente estado del peculio. Por lo cual, también respecto al vendedor y al comprador nos parece más verdadero que podemos conseguir del comprador lo que se agregó al peculio, y no por retroacción, como en un solo juicio, reducir la convención del comprador á aquel tiempo en que el vendedor haya sido demandado.

§ 2.—Venditor servi, si cum peculio servum vendidit, et tradiderit peculium, ne intra annum quidem de peculio convenietur; neque enim hoc pretium servi peculium est, ut Neratius scripsit.

§ 2.—El vendedor del esclavo, si vendió el esclavo con el peculio, y hubiere entregado el peculio, ciertamente no será demandado dentro del año con la acción de peculio; porque este precio no es peculio del esclavo, como escribió Neracio.

**33.** [**34.**] Iavolenus *libro XII. ex Cassio.*—Sed si quis servum ita vendidit, ut pretium pro peculio acciperet, penes eum videtur esse peculium, ad quem pretium peculii pervenit,

**33.** [**34.**] Javoleno; *Doctrina de Cassio, libro XII.*—Pero si alguno vendió el esclavo, de suerte que recibiese precio por el peculio, se entiende que el peculio está en poder de aquel á quien fué el precio del peculio,

**34.** [**35.**] Pomponius *libro XII. ex variis Lectionibus.*—non penes quem res peculiaris sit.

**34.** [**35.**] Pomponio; *Doctrina de autores varios, libro XII.*—no en poder de aquel en quien estuvieran los bienes del peculio.

**35.** [**36.**] Iavolenus *libro XII. ex Cassio.*—At quum heres iussus est peculium dare accepta certa summa, non videtur penes heredem esse peculium.

**35.** [**36.**] Javoleno; *Doctrina de Cassio, libro XII.*—Mas cuando se mandó que el heredero diese el peculio recibida cierta suma, no se entiende que el peculio está en poder del heredero.

**36.** [**37.**] Ulpianus *libro II. Disputationum.*—In bonae fidei contractibus quaestionis est, an de peculio, an in solidum pater vel dominus teneantur, ut est in actione de dote agitatum, si filio (3) dos data sit, an pater duntaxat de peculio conveniretur. Ego autem arbitror, non solum de peculio, sed et si quid praeterea dolo malo patris capta fraudataque est mulier, competere actionem; nam si habeat res, nec restituere sit paratus, aequum est, eum quanti ea res est condemnari. Nam quod in servo, cui res pignori data est, expressum est, hoc et in ceteris bonae fidei iudiciis accipiendum esse Pomponius scripsit; namque si servo res pignori data sit, non solum de peculio et in rem verso competit actio, verum hanc quoque habet adiectionem (4): «et si quid dolo malo domini captus fraudatusque actor est». Videtur autem dolo facere dominus, qui,

**36.** [**37.**] Ulpiano; *Disputas, libro II.*—Cuestiónase respecto á los contratos de buena fé, si el padre ó el señor se obligarían por el peculio, ó por el todo, como se discutió respecto á la acción de dote, si se hubiera dado la dote al hijo, ó si el padre sería demandado solamente por el peculio. Mas yo opino, que compete acción no solamente por el peculio, sino también si además en algo ha sido engañada y defraudada la mujer por dolo malo del padre; porque si tuviera la cosa, y no estuviese dispuesto á restituirla, es justo que sea condenado en cuanto importa aquella cosa. Porque lo que se expresó respecto al esclavo, á quien se dió en prenda una cosa, esto escribió Pomponio que se ha de admitir también en los juicios de buena fe; porque si la cosa hubiera sido dada en prenda al esclavo, no solamente competen la acción de peculio y la de lo que se convirtió en pro-

(1) quantitate, *inserta Hal.*
(2) recedens, *Hal.;* repetens, *otros en el mismo.*

(3) filiofamilias, *Hal. Vulg.*
(4) actionem, *Hal.*

quum haberet restituendi facultatem, non vult restituere.

**37.** [**38.**] Iulianus *libro XII. Digestorum.*—Si creditor filii tui heredem te instituerit, et tu hereditatem eius vendideris, illa parte stipulationis: «quanta pecunia ex hereditate ad te pervenerit», teneris (1) de peculio.

§ 1.—Si servo tuo permiseris vicarium emere aureis octo, ille decem emerit, et tibi scripserit se octo emisse, tuque ei permiseris eos octo ex tua pecunia solvere, et is decem solverit, hoc nomine duos aureos tantum vindicabis, sed hi venditori praestabuntur duntaxat de peculio servi.

§ 2.—Servum communem, quem cum Titio aut cum Sempronio habebam, Titio vendidi, antequam eius nomine ageretur mecum de peculio; quaesitum est, si de peculio cum Titio aut cum Sempronio ageretur, an eius peculii, quod apud me esset, ratio haberi (2) deberet? Dixi, si cum Sempronio ageretur, nunquam rationem eius peculii, quod apud me esset, haberi debere, quia is nullam adversus me actionem haberet, per quam id, quod praestitisset, consequi posset. Sed et si cum Titio post annum, quam vendidissem, ageretur, similiter non esse computandum peculium, quod apud me est, quia iam mecum agi de peculio non posset. Sin autem intra annum ageretur, tunc quoque habendam huius peculii rationem, postquam placuit, alienato homine permittendum creditori, et cum venditore, et cum emtore agere.

§ 3.—Si actum sit de peculio cum eo, qui usumfructum in servo habet, et minus consecutus sit creditor, non est iniquum, ut ex universo eius peculio, sive apud fructuarium, sive apud proprietarium erit, rem consequatur. Nihil interest, operas suas conduxerit servus a fructuario, an pecuniam mutuam ab eo acceperit; dari itaque debebit actio ei adversus dominum proprietatis deducto eo, quod servus peculii nomine apud fructuarium habet.

**38.** [**39.**] Africanus *libro VIII.* (3) *Quaestionum.*—Deposui apud filiumfamilias decem, et ago depositi de peculio; quamvis nihil patri filius debeat (4), et haec decem teneat, nihilo magis tamen patrem damnandum existimavit, si nullum praeterea peculium sit; hanc enim pecuniam, quum mea maneat, non esse peculii. Denique quolibet alio agente de peculio, minime dubitandum ait, computari non oportere; itaque ad exhibendum agere me, et exhibitam vindicare debere.

§ 1.—Si nuptura filiofamilias dotis nomine certam pecuniam promiserit, et divortio facto agat

(1) *Según la escritura original;* teneberis, *Taur. según antigua corrección del códice Fl., Br.*
(2) intra annum, *inserta la Vulg.*

vecho de la cosa, sino que tienen también este aditamento: «y si en algo fué engañado y defraudado el actor por dolo malo del señor». Mas se entiende que obra con dolo el señor que, teniendo posibilidad de restituir, no quiere restituir.

**37.** [**38.**] Juliano; *Digesto, libro XII.*—Si un acreedor de tu hijo te hubiere instituído heredero, y tú hubieras vendido su herencia, con aquella parte de la estipulación: «cuanto dinero hubiere venido de la herencia á tu poder», te obligas por el peculio.

§ 1.—Si hubieres permitido á un esclavo tuyo que comprara un vicario por ocho áureos, él lo hubiere comprado por diez, y te escribiere que lo compró por ocho, y tú le hubieres permitido pagar estos ocho con tu dinero, y él pagare los diez, por este motivo reivindicarás tan solamente dos áureos, pero éstos se pagarán al vendedor únicamente del peculio del esclavo.

§ 2.—El esclavo común que con Ticio ó con Sempronio yo tenía, se lo vendí á Ticio antes que en nombre de él se ejercitase contra mí la acción de peculio; se preguntó, si contra Ticio ó contra Sempronio se ejercitase la acción de peculio, ¿debería acaso tenerse cuenta del peculio, que estuviese en mi poder? Dije, que si se ejercitase la acción contra Sempronio, nunca debería tenerse cuenta del peculio que estuviese en mi poder, porque él no tendría contra mí ninguna acción por la cual pudiera conseguir lo que hubiese dado. Pero que también si contra Ticio se ejercitase la acción después del año que yo lo hubiese vendido, de la misma manera tampoco se ha de computar el peculio, que está en mi poder, porque ya no se podría ejercitar contra mí la acción de peculio. Mas si se intentase la acción dentro del año, entonces también se ha de tener cuenta de este peculio, después que se estableció, que, enajenado un esclavo, se le ha de permitir al acreedor ejercitar la acción, así contra el vendedor, como contra el comprador.

§ 3.—Si se hubiera ejercitado la acción de peculio contra quien tiene el usufructo sobre un esclavo, y el acreedor hubiera conseguido menos, no es injusto que de todo su peculio, ya estuviere en poder del usufructuario, ya en el del propietario, obtenga el resto. Nada importa que el esclavo haya tomado en arrendamiento su propio trabajo del usufructuario, ó que de éste haya tomado dinero en mútuo; y así deberá dársele acción contra el señor de la propiedad, deducido lo que el esclavo tiene á título de peculio en poder del usufructuario.

**38.** [**39.**] Africano; *Cuestiones, libro VIII.*—Deposité diez en poder de un hijo de familia, y ejercito la acción de depósito sobre el peculio; aunque el hijo nada deba al padre, y tenga estos diez, esto no obstante opinó que ha de ser condenado el padre, si además no hubiera peculio alguno; porque este dinero, permaneciendo mío, no es del peculio. Finalmente, ejercitando otro cualquiera la acción de peculio, dice que de ninguna manera se ha de dudar, que no debe computarse; y que así, debo ejercitar la acción de exhibición, y reivindicar la cosa exhibida.

§ 1.—Si la que se había de casar hubiere prometido á un hijo de familia cierta cantidad á tí-

(3) IX., *Hal.*
(4) *Hal.;* debet, *Taur.*

de dote cum patre, utrumne tota promissione, an deducto eo, quod patri filius debeat, liberari eam oporteret? Respondit, tota promissione eam liberandam esse, quum certe, et si ex promissione cum ea (1) ageretur, exceptione doli mali tueri se posset.

tulo de dote, y verificado el divorcio ejercitara contra el padre la acción de dote, ¿convendría acaso que quedase ella libre de toda la promesa, ó deducido aquello que el hijo deba al padre? Respondió, que ella ha de quedar libre de toda la promesa, porque ciertamente, aun si contra ella se reclamase en virtud de la promesa, podría ampararse con la excepción de dolo malo.

§ 2.—Stichus habet in peculio Pamphilum, qui est decem, idem Pamphilus debet domino quinque; si agatur de peculio Stichi nomine, placebat, aestimari debere pretium Pamphili, et quidem totum, non deducto eo, quod domino Pamphilus debet; neminem enim posse intelligi ipsum in suo peculio esse. Hoc ergo casu damnum dominum passurum, ut pateretur, si cuilibet alii servorum suorum peculium non habenti credidisset; idque ita se habere evidentius appariturum ait, si Sticho peculium legatum esse proponatur, qui certe, si ex testamento agat, cogendus non est, eius, quod vicarius (2) suus debet, aliter, quam ex peculio ipsius deductionem pati; alioquin futurum, ut, si tantundem vicarius domino debeat, ipse nihil in peculio habere intelligatur, quod certe est absurdum.

§ 2.—Stico tiene en su peculio á Pánfilo, que vale diez, y el mismo Pánfilo debe cinco á su señor; si en nombre de Stico se ejercitara la acción de peculio, se establecía, que debe estimarse el precio de Pánfilo, y ciertamente íntegro, no deducido lo que Pánfilo debe á su señor; porque no puede entenderse que nadie esté él mismo en su propio peculio. Consiguientemente, que en este caso el señor habrá de padecer el quebranto, como lo sufriría, si hubiese prestado á otro cualquiera de sus esclavos que no tuviera peculio; y dice que con más evidencia aparecerá que esto es así, si se supusiera que el peculio se le legó á Stico, el cual ciertamente, si demandara en virtud del testamento, no ha de ser obligado á consentir deducción de lo que su vicario le debe, de otro modo que del peculio de él mismo; de otra suerte sucedería, que, si el vicario debiera otro tanto á su señor, se entendería que él mismo no tenía nada en el peculio, lo que ciertamente es absurdo.

§ 3.—Servo, quem tibi vendideram, pecuniam credidi; quaesitum est, an ita mihi in te actio de peculio dari debeat, ut deducatur id, quod apud me ex eo remanserit. Quod quidem minime verum est; nec intererit, intra annum, quam vendiderim, an postea experiar, nam nec ceteris quidem, qui tunc cum eo contraxerint, in me actio datur. In contrarium quoque agentibus mecum his, qui antea cum eo servo contraxissent, non deducam id, quod postea mihi debere coeperit. Ex quo apparet, onus eius peculii, quod apud me remanserit, ad posterioris temporis contractus pertinere non debere.

§ 3.—Presté dinero al esclavo que yo te había vendido; se preguntó, si se me deberá dar contra ti la acción de peculio, para que se deduzca lo que de él hubiere quedado en mi poder. Lo que ciertamente de ninguna manera es verdad; y no importará, que yo ejercite la acción dentro del año que yo hubiere vendido, ó después, porque ciertamente tampoco se da acción contra mí á los demás, que entonces hubieren contratado con él. También por el contrario, ejercitando contra mí la acción los que antes hubiesen contratado con el esclavo, no deduciré lo que después hubiere comenzado á deberme. De lo cual resulta, que el gravamen del peculio, que hubiere quedado en mi poder, no debe pertenecer á los contratos del tiempo posterior.

**39.** [**40.**] Florentinus *libro XI.* (3) *Institutionum.*—Peculium et ex eo consistit, quod parsimonia sua quis paravit, vel officio meruerit a quolibet sibi donari, idque velut proprium patrimonium servum suum habere quis voluerit.

**39.** [**40.**] Florentino; *Instituta, libro XI.*—El peculio consiste también en lo que uno se procuró con su economía, ó en lo que por obsequio hubiere merecido que se le done por cualquiera, y uno quisiere que su esclavo lo tenga como propio patrimonio.

**40.** [**41.**] Marcianus *libro V. Regularum.*—Peculium nascitur, crescit, decrescit, moritur; et ideo eleganter Papirius Fronto (4) dicebat, peculium simile esse homini.

§ 1.—Quomodo autem peculium nascitur, quaesitum est. Et ita veteres distinguunt, si id acquisiit servus, quod dominus necesse non habet (5) praestare, id esse peculium, si vero tunicas, aut aliquid simile, quod ei dominus necesse habet praestare, non esse peculium; ita igitur nascitur peculium. Crescit, quum auctum fuerit; decrescit, quum servi vicarii moriuntur, res intercidunt; moritur, quum ademtum sit.

**40** [**41.**] Marciano; *Reglas, libro V.*—El peculio nace, crece, decrece, y muere; y por esto decía con elegancia Papirio á Fronto, que el peculio es semejante al hombre.

§ 1.—Mas se preguntó de qué modo nace el peculio. Y los antiguos distinguen de este modo, si el esclavo adquirió lo que el señor no tiene necesidad de dar, esto es peculio; pero si túnicas, ó alguna cosa semejante, que el señor tiene necesidad de darle, no es peculio; así, pues, nace el peculio. Crece, cuando se hubiere aumentado; decrece, cuando mueren los vicarios del esclavo, ó perecen las cosas; y muere, cuando se haya quitado.

**41.** [**42.**] Ulpianus *libro XLIII. ad Sabinum.*—Nec servus quidquam debere potest, nec servo

**41.** [**42.**] Ulpiano; *Comentarios á Sabino, libro XLIII.*—Ni el esclavo puede deber cosa alguna,

(1) eo, *Hal.*
(2) servus, *inserta Hal.*
(3) X., *Hal.*

(4) Papinianus Frontoni, *Vulg.*
(5) ei, *inserta la Vulg.*

potest deberi. Sed quum eo verbo abutimur, factum magis demonstramus, quam ad ius civile referimus obligationem. Itaque quod servo debetur, ab extraneis dominus recte petet; quod servus ipse debet, eo nomine in peculium, et si quid inde in rem domini versum est, in dominum actio datur.

42. [43.] Idem *libro XII. ad Edictum.* — In arrogatorem de peculio actionem dandam quidam recte putant, quamvis Sabinus et Cassius, ex ante gesto de peculio actionem non esse dandam, existimant.

43. [44.] Paulus *libro XXX. ad Edictum.*— Si, posteaquam tecum de peculio egi, ante rem iudicatam servum vendideris, Labeo ait, etiam eius peculii nomine, quod apud emtorem quaesierit, damnari te debere; nec succurrendum tibi, culpa enim tua id accidisse, qui servum vendidisses.

44. [45.] Ulpianus *libro LXIII. ad Edictum.* —Si quis cum filiofamilias contraxerit, duos habet debitores, filium in solidum, et patrem duntaxat de peculio.

45. [46.] Paulus *libro LXI.* (1) *ad Edictum.* —Ideoque si pater filio peculium ademisset, nihilominus creditores cum filio agere possunt.

46. [47.] Idem *libro LX.* (2) *ad Edictum.*— Qui peculii administrationem concedit, videtur permittere generaliter, quod et specialiter permissurus est.

47. [48.] Idem *libro IV.* (3) *ad Plautium.*— Quoties in taberna ita scriptum fuisset: «cum Ianuario servo meo geri negotium veto», hoc solum consecutum esse dominum constat, ne institoria teneatur, non etiam (4) de peculio.

§ 1.—Sabinus respondit, non alias dandam de peculio actionem in dominum, quum servus fideiussisset, nisi in rem domini, aut ob rem peculiarem fideiussisset (5).

§ 2.—Si semel actum sit de peculio, quamvis minus inveniatur rei iudicandae tempore in peculio, quam debet, tamen cautionibus locum esse non placuit de futuro incremento peculii; hoc enim in pro socio actione locum habet, quia socius universum debet.

§ 3.—Si creditor servi ab emtore esset partem consecutus, competere in reliquum in venditorem utile iudicium Proculus ait. Sed re integra non esse permittendum actori dividere actionem, ut simul cum emtore et cum venditore experiatur, satis enim esse, hoc solum ei tribui, ut rescisso superiore iudicio in alterum detur ei actio (6), quum electo reo (7) minus esset consecutus; et hoc iure utimur.

ni se le puede deber al esclavo. Pero cuando abusamos de esta palabra, más bien demostramos el hecho, que referimos la obligación al derecho civil. Y así, lo que se debe al esclavo, con razón lo reclamará el señor á los extraños; por lo que debe el mismo esclavo se da acción contra el peculio, y si de ello se convirtió algo en provecho del señor, contra el señor.

42. [43.] El mismo; *Comentarios al Edicto, libro XII.*—Con razón opinan algunos, que se ha de dar la acción de peculio contra el adrogador, aunque Sabino y Cassio juzgan, que no se ha de dar la acción de peculio por lo anteriormente hecho.

43. [44.] Paulo; *Comentarios al Edicto, libro XXX.*—Si después que ejercité contra ti la acción de peculio, hubieres vendido un esclavo antes de juzgada la cosa, dice Labeon, que se te debe condenar también por razón de aquel peculio, que hubiere adquirido en poder del comprador; y que no se te ha de auxiliar, porque esto sucedió por tu culpa, porque vendiste el esclavo.

44. [45.] Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro LXIII.*—Si alguno hubiere contratado con un hijo de familia, tiene dos deudores, al hijo por el todo, y al padre solamente respecto al peculio.

45. [46.] Paulo; *Comentarios al Edicto, libro LXI.*—Y por lo tanto, si el padre hubiese quitado el peculio al hijo, pueden, sin embargo, los acreedores ejercitar su acción contra el hijo.

46. [47.] El mismo; *Comentarios al Edicto, libro LX.*—El que concede la administración del peculio, parece que permite en general lo que también especialmente ha de permitir.

47. [48.] El mismo; *Comentarios á Plaucio, libro IV.*—Siempre que en una tienda hubiese habido un cartel así escrito: «prohibo que se haga negocio con mi esclavo Januario», consta que el señor consiguió solamente esto, no obligarse por la acción institoria, pero no tampoco por la de peculio.

§ 1.—Sabino respondió, que no se ha de dar contra el señor la acción de peculio, cuando el esclavo hubiese sido fiador, de otro modo que si hubiese afianzado sobre cosa del señor, ó por cosa del peculio.

§ 2.—Si una vez se hubiera ejercitado la acción de peculio, aunque al tiempo de ser juzgada la cosa se encuentre en el peculio menos de lo que debe, sin embargo, no plugo que hubiera lugar á las cauciones de futuro incremento del peculio; porque esto tiene lugar en la acción de sociedad, porque el consocio lo debe todo.

§ 3.—Si el acreedor del esclavo hubiese conseguido del comprador alguna parte, dice Próculo que por el resto compete contra el vendedor la acción útil. Pero que hallándose integra la deuda, no se le ha de permitir al actor dividir la acción, para que la ejercite simultáneamente contra el comprador y contra el vendedor, porque es bastante que se le conceda esto solo, que rescindido el anterior juicio se le dé acción contra el otro, cuando habiendo elegido deudor hubiese obtenido menos; y de este derecho usamos.

(1) LX., *Hal.*
(2) LXI., *Hal.*
(3) III., *Hal.*
(4) ne, *inserta Hal.*
(5) *Taur.;* fideiussisse, *la escritura original;* fideiussisset-et, *antigua corrección de la misma, Br.*
(6) exactio, (*por* ei actio), *Hal.*
(7) emtore, (*en lugar de* reo), *otros en Hal.*

§ 4.—Non tantum autem quivis creditor cum venditore ex ante gesto agere potest, sed et ipse emtor; idque et Iuliano videtur, quamvis et deducere ipse potest adversus alium agentem (1), dum tamen id, quod apud se habet, computet.

§ 5.—Si servus deducto peculio venditus sit, procedit, ut venditor et deductione uti possit, et, si post venditionem coeperit aliquid venditori servus debere, non minuit peculia, quia non domino debet.

§ 6.—Quae diximus in emtore et venditore, eadem sunt, et si alio quovis genere dominium mutatum sit, ut legato, dotis datione, quia quasi patrimonium liberi hominis peculium servi intelligitur, ubicunque esset.

**48.** [**49.**] Idem *libro XVII.* (2) *ad Plautium.*—Libera peculii administratio non permanet, neque in fugitivo, neque in surrepto, neque in eo, de quo nesciat quis, vivat, an mortuus sit.

§ 1.—Cui peculii administratio data est, delegare debitorem suum potest.

**49.** [**50.**] Pomponius *libro IV. ad Quintum Mucium.*—Non solum id peculium est, quod dominus servo concessit, verum id quoque, quod ignorante quidem eo acquisitum sit, tamen, si rescisset, passurus erat esse in peculio.

§ 1.—Si ignorante me servus meus negotia mea administraverit, tantidem debitor mihi intelligetur, quanti tenebatur, si liber negotia mea administrasset.

§ 2.—Ut (3) debitor vel servus domino, vel dominus servo intelligatur, ex causa civili computandum est; ideoque si dominus in rationes suas referat, se debere servo suo, quum omnino neque mutuum acceperit, neque ulla causa praecesserit (4) debendi, nuda ratio non facit eum debitorem.

**50.** [**51.**] Papinianus *libro IX.* (5) *Quaestionum.*—Eo tempore, quo in peculio nihil est, pater latitat; in bonorum possessionem eius rei servandae causa mitti non possum, qui de peculio cum eo acturus sum, quia non fraudationis causa latitat, qui, si iudicium acciperet, absolvi deberet. Nec ad rem pertinet, quod fieri potest, ut damnatio sequatur; nam etsi in diem, vel sub conditione debeatur, fraudationis causa non videtur latitare, tametsi potest iudicis iniuria condemnari. Sed fideiussorem datum eo tempore, quo nihil in peculio est, teneri putat Iulianus, quoniam fideiussor futurae quoque actionis (6) accipi possit; si tamen sic acceptus est.

§ 1.—Si creditor patrem, qui de peculio tenebatur, heredem instituerit, quia mortis tempus

§ 4.—Mas no solamente cualquier acreedor puede ejercitar contra el vendedor la acción por lo anteriormente ejecutado, sino también el mismo comprador; y esto le parece bien también á Juliano, aunque el mismo puede también hacer deducción contra otro que demande, con tal, sin embargo, que compute lo que tiene en su poder.

§ 5.—Si deducido el peculio hubiera sido vendido el esclavo, procede que el vendedor pueda valerse también de la deducción, y si después de la venta el esclavo hubiere comenzado á deber alguna cosa al vendedor, no disminuye los peculios, porque no debe al señor.

§ 6.—Lo mismo que hemos dicho respecto al comprador y al vendedor, es aplicable también si de otra cualquier manera se haya transferido el dominio, como por legado, ó por dación de dote, porque el peculio del esclavo, donde quiera que esté, es considerado como patrimonio de un hombre libre.

**48.** [**49.**] El mismo; *Comentarios á Plaucio, libro XVII.*—La libre administración del peculio no subsiste ni respecto al esclavo fugitivo, ni respecto al hurtado, ni respecto á aquel de quien uno no sepa que viva, ó haya muerto.

§ 1.—Aquel á quien se dió la administración del peculio, puede delegar un deudor suyo.

**49.** [**50.**] Pomponio; *Comentarios á Quinto Mucio, libro IV.*—No solamente es peculio lo que el señor concedió al esclavo, sino también lo que se haya adquirido ignorándolo ciertamente aquél, pero que, si lo hubiese sabido, habria permitido que estuviera en el peculio.

§ 1.—Si ignorándolo yo, un esclavo mío hubiere administrado mis negocios, se entenderá que es deudor mio de otro tanto por lo que me estaba obligado, si libre hubiese administrado mis negocios.

§ 2.—Para que se entienda ó que el esclavo es deudor del señor, ó el señor del esclavo, se ha de hacer el cómputo en virtud de causa civil; y por esto, si el señor consignase en sus cuentas, que él debe á su esclavo, siendo así que en manera ninguna ni hubiere recibido en mútuo, ni hubiere precedido causa alguna para deber, la simple cuenta no le constituye deudor.

**50.** [**51.**] Papiniano; *Cuestiones, libro IX.*—Ocúltase el padre al tiempo en que nada hay en el peculio; yo, que he de ejercitar contra él la acción de peculio, no puedo ser puesto en posesión de los bienes para conservar su hacienda, porque no se oculta por causa de defraudación, quien, si aceptase el juicio, deberia ser absuelto. Y no importa al caso, que pueda suceder que se siga condena; porque aunque se deba á término, ó bajo condición, no se entiende que se oculta por causa de defraudación, aunque puede ser condenado por la injuria del juez. Pero opina Juliano, que el fiador dado al tiempo en que nada hay en el peculio queda obligado, porque puede recibirse fiador también de acción futura; si, no obstante, fué de este modo recibido.

§ 1.—Si un acreedor hubiere instituido heredero al padre, que estaba obligado por la acción de

(1) exigentem, *Vulg.*
(2) XVI., *Hal.*
(3) An, (*en lugar de* Ut), *Vulg.*
(4) *Hal.;* praecesserat, *Fl.*
(5) VII., *Hal.*
(6) obligationis, *Hal.*

in Falcidiae ratione spectatur, illius temporis peculium considerabitur.

§ 2.—Etiam postquam dominus de peculio conventus est, fideiussor pro servo accipi potest. Et ideo qua ratione, si post actionem dictatam servus pecuniam exsolverit, non magis repetere potest, quam si iudicium dictatum non fuisset, eadem ratione fideiussor quoque utiliter acceptus videbitur, quia naturalis obligatio, quam etiam servus suscipere videtur, in litem translata non est.

§ 3.—Servus alienus, quum bona fide (1) serviret mihi, numos a Titio mutuatos mihi dedit, ut eum manumitterem, et manumisi; creditor quaerebat, quem de peculio conveniret? Dixi, quamquam creditor electionem alias haberet, tamen in proposito dominum esse conveniendum, et eum ad exhibendum mecum acturum pecuniae nomine, quae ipsi esset acquisita, nec in eam causam alienata, quae pro capite servi facta (2) proponeretur; neque enim admittendum esse distinctionem existimantium, si non manumittam, domini pecuniam esse, manumissione vero secuta videri pecuniam ex re mea quaesitam mihi, quoniam magis propter rem meam, quam ex re mea pecunia mihi daretur.

51. [52.] Scaevola *libro II. Quaestionum.*—Quod debetur servo ab extraneis, agenti de peculio non omnimodo dominus ad quantitatem debiti condemnandus est, quum et sumtus in petendo (3), et eventus exsecutionis possit esse incertus, et cogitanda sit mora temporis, quod (4) datur iudicatis, aut venditionis bonorum, si id magis faciendum erit; ergo si paratus sit actiones mandare, absolvetur. Quod enim dicitur, si cum uno ex sociis agatur, universum peculium computandum, quia sit cum socio actio, in eodem (5) redibit, si actiones paratus sit praestare, et in omnibus, quos idcirco teneri dicimus, quia habent actionem, delegatio pro iusta praestatione sit.

52. [53.] Paulus *libro IV.* (6) *Quaestionum.*—Ex facto quaeritur, qui tutelam quasi liber administrabat, servus pronuntiatus est, an, si conveniatur eius dominus a pupillo, cuius quidem potiorem causam, quam creditorum ceterorum servi habendam rescriptum est, an vel id deducatur ex peculio, quod domino debetur; et si putaveris posse deduci, an intersit, utrum, quum adhuc in libertate (7) ageret, domini debitor factus est, an postea, et an de peculio impuberi competat? Respondi, nullum privilegium praeponi patri vel domino potest, quum ex persona filii vel servi de peculio conveniuntur; plane in ceteris creditoribus habenda est ratio privilegiorum. Quid enim, si filius dotem accepit, tutelam administravit?

(1) *Hal. Vulg.;* bonae fidei, *Fl.*
(2) data, *Hal.*
(3) impendendi, *(en lugar de* in petendo), *otros en Hal.*
(4) quae, *Vulg.*

peculio, como quiera que para la cuenta de la Falcidia se atiende al tiempo de la muerte, se considerará el peculio de aquel tiempo.

§ 2.—También después que el señor fué demandado con la acción de peculio, se puede admitir fiador por el esclavo. Y por esto, por la misma razón que si el esclavo hubiere pagado el dinero después de intentada la acción, no puede repetirlo, no de otra suerte que si no se hubiese intentado el juicio, se entenderá aceptado también útilmente el fiador, porque la obligación natural, que también el esclavo parece aceptar, no se transfirió al juicio.

§ 3.—Un esclavo ajeno, prestándome de buena fe servidumbre, me dió el dinero tomado de Ticio en mútuo, para que yo lo manumitiese, y lo manumití; preguntaba el acreedor, ¿á quién demandaría con la acción de peculio? Dije, que aunque el acreedor tendría en otro caso la elección, sin embargo, en el propuesto debia ser demandado el señor, y que él debia de ejercitar contra mí la acción de exhibición por razón del dinero, que para él mismo se hubiese adquirido, y que no se había enajenado por aquella causa que se dijese realizada por la manumisión del esclavo; porque no se debía admitir la distinción de los que juzgan, que, si yo no lo manumitiese, el dinero es del señor, pero que verificada la manumisión se considera adquirido para mí el dinero en virtud de cosa mía, puesto que el dinero más bien se me daría por causa de cosa mía, que de cosa mía.

51. [52.] Scévola; *Cuestiones, libro II.*—Respecto á lo que por extraños se debe al esclavo, el señor no debe ser en manera alguna condenado á la cuantía de la deuda á favor del que ejercite la acción de peculio, porque pueden ser inciertos así los gastos de la petición, como él éxito de la ejecución, y ha de considerarse la mora del tiempo, que se da á los condenados, ó la de la venta de bienes, si preferentemente hubiere de hacerse esto; en su consecuencia, si estuviera dispuesto á ceder las acciones, será absuelto. Porque lo que se dice, que si se ejercitara la acción contra uno solo de los socios, se ha de computar todo el peculio, porque hay acción contra el socio, volverá á tener lugar respecto al mismo, si estuviera dispuesto á ceder las acciones, y respecto á todos los que decimos que están obligados, precisamente porque tienen acción, la delegación equivaldrá á justo pago.

52. [53.] Paulo; *Cuestiones, libro IV.*—Pregúntase sobre el hecho del que como libre administraba una tutela, y fué declarado esclavo, ¿si por el pupilo fuera demandado su señor, cuya causa se decidió por rescripto que ha de ser ciertamente mejor que la de los demás acreedores del esclavo, ó se deducirá acaso del peculio lo que se debe al señor; y si juzgares que puede deducirse, importará si se hizo deudor del señor, cuando aun viviese en libertad, ó después, y si competerá al impúbero la acción de peculio? Respondí, que ningún privilegio puede anteponerse al padre, ó al señor, cuando son demandados con la acción de peculio por causa de la persona del hijo, ó del esclavo; pero tratándose de los demás acreedores,

(5) in idem, *Hal. Vulg.*
(6) III., *Hal.*
(7) in libertatem, *Hal.*

Merito igitur et in servo, qui pro tutore egit, id rescriptum est; et quia occupantis melior solet esse conditio, quam ceterorum, inhibebitur (1) actio. Plane si ex re pupilli nomina fecit, vel pecuniam in arca deposuit, datur ei vindicatio numorum, et adversus debitores utilis actio, scilicet si numos consumserunt, hic enim alienare eos non potuit; quod et in quovis tutore dicendum est. Nec tamen interesse puto, quando domino debere coepit, utrum quum in libertatis possessione esset, an postea; nam et si Titii servo credidero eiusque dominus esse coepero, deducam, quod prius credidi, si conveniri de peculio coepero. Quid ergo est? Quia de peculio actio deficit, utilis actio in dominum quasi tutelae (2) erit, ut quod ille pro patrimonio habuit, peculium esse intelligatur.

se ha de tener cuenta de los privilegios. Porque ¿qué, si el hijo recibió la dote, y administró la tutela? Con razón, pues, se estableció esto por rescripto también respecto al esclavo, que administró como tutor; y como la condición del ocupante suele ser mejor que la de los demás, se denegará la acción. Pero si de bienes del pupilo otorgó préstamos, ó depositó dinero en una caja, se le dá la reivindicación del dinero, y contra los deudores la acción útil, por supuesto, si consumieron el dinero, porque este no pudo enajenarlo; lo que se ha de decir también respecto á cualquier tutor. Pero no creo que haya diferencia, cuando comenzó á deber al señor, si cuando estuviese en posesión de la libertad, ó después; porque también si yo hubiere prestado á un esclavo de Ticio, y comenzado á ser su señor, deduciré lo que le presté antes, si yo hubiere comenzado á ser demandado con la acción de peculio. ¿Qué se dirá, pues? Que como falta la acción de peculio, habrá contra el señor la acción útil como de tutela, de suerte que se entienda que es peculio lo que él tuvo por patrimonio.

§ 1.—Si dos filiofamilias sit data, vel tutelam administraverit, habenda erit ratio privilegiorum in actione de peculio, dilata interim ceterorum creditorum actione, vel interposita cautione, si priores agant, qui privilegium non habent, restitutum iri (3), quod acceperunt, si inferatur postea cum patre actio privilegii.

§ 1.—Si se hubiera dado dote á un hijo de familia, ó hubiere administrado la tutela, se habrá de tener cuenta de los privilegios en la acción de peculio, diferida entre tanto la acción de los demás acreedores, ó interpuesta caución de que, si demandaran los primeros, que no tienen privilegio, habrá de ser restituído lo que recibieron, si después se intentara contra el padre una acción de privilegio.

**53.** [**54.**] Idem *libro XI.* (4) *Quaestionum.*— Si Sticho peculium, quum manumitteretur, ademtum non est, videtur concessum; debitores autem convenire, nisi mandatis sibi actionibus, non potest,

**53.** [**54.**] El mismo; *Cuestiones, libro XI.*—Si no se le quitó á Stico el peculio al ser manumitido, se entiende que se le concedió; mas no puede demandar á los deudores, sino habiéndosele cedido á él las acciones.

**54.** [**55.**] Scaevola *libro I. Responsorum.*— Filiofamilias uni ex heredibus praedia praelegavit, ut instructa erant, cum servis; hi servi domini debitores fuerunt; quaesitum est, an ceteris heredibus adversus eum actio de peculio competat? Respondit (5), non competere.

**54.** [**55.**] Scévola; *Respuestas, libro I.*—A un hijo de familia, que era uno de los herederos, le legó uno prelativamente unos predios, como estaban provistos, con los esclavos; estos esclavos fueron deudores del señor; se preguntó, ¿competerá acaso á los demás herederos la acción de peculio contra él? Respondió, que no les competía.

**55.** [**56.**] Neratius *libro I. Responsorum.*— Is, cum quo de peculio agebam, a te vi exemtus est; quod tunc, quum vi eximeres, in peculio fuerit, spectari (6).

**55.** [**56.**] Neracio; *Respuestas, libro I.*—Uno, contra quien yo ejercitaba la acción de peculio, fué eximido por tí á la fuerza; se debe atender, á lo que entonces, cuando lo eximieres por fuerza, hubiere habido en el peculio.

**56.** [**57.**] Paulus *libro II. ad Neratium.*—Quod servus meus pro debitore meo mihi expromisit, ex peculio deduci debet, et a debitore nihilominus debetur. Sed videamus, ne credendum sit, peculiare fieri nomen eius, pro quo expromissum est. Paulus: utique, si de peculio agente aliquo deducere velit, illud nomen peculiare facit.

**56.** [**57.**] Paulo; *Comentarios á Neracio, libro II.*—Lo que un esclavo mio me prometió por un deudor mio, debe deducirse del peculio, y no obstante se debe por el deudor. Pero veamos, si se haya de creer que se hace del peculio la deuda de aquel por quien se hizo la promesa. Y dice Paulo: ciertamente que, si quisiera uno deducirla ejercitando alguien la acción de peculio, hace del peculio aquella deuda.

**57.** [**58.**] Tryphoninus *libro VIII. Disputationum.*—Si filius vel servus, cuius nomine duntaxat de peculio actum est, ante finitum iudicium decesserit, id peculium respicietur, quod aliquis eorum, quum moriebatur, habuit.

§ 1.—Sed eum, qui servum testamento liberum

**57.** [**58.**] Trifonino; *Disputas, libro VIII.*—Si el hijo ó el esclavo, en cuyo nombre se ejercitó solamente la acción de peculio, hubiere fallecido antes de finido el juicio, se atenderá al peculio, que cualquiera de ellos tuvo cuando fallecía.

§ 1.—Pero aquel, que dispone por testamento

(1) in id dabitur actio, *Vulg.*
(2) *Taur.;* tutelae danda erit, *conjetura Br. del* tutelaedaerit, *de la primitiva lectura del códice Fl.*
(3) restituturi, *Hal.*

(4) XII., *Hal.*
(5) Respondi, *Hal.; otros en Hal. omiten íntegro este fragmento.*
(6) oportet, *añade la Vulg.*

esse iubet, et ei peculium legat, eius temporis peculium legare intelligi Iulianus scribit, quo libertas competit; ideoque omnia incrementa peculii quoquo modo ante aditam hereditatem acquisita ad manumissum pertinere.

§ 2.—At si quis extraneo peculium servi legaverit, in coniectura voluntatis testatoris quaestionem esse, et vero similius esse, id legatum, quod mortis tempore in peculio fuerit, ita ut, quae ex rebus peculiaribus ante aditam hereditatem accesserint, debeantur, veluti partus ancillarum et foetus pecudum; quae autem servo donata fuerint, sive quid ex operis suis acquisierit, ad legatarium non pertinere.

**58. [59.]** Scaevola *libro V. Digestorum.*—Uni ex heredibus praedia legavit, ut instructa erant, cum servis et ceteris rebus, et quidquid ibi esset; hi servi domino debitores fuerunt tam ex aliis causis, quam ex ratione kalendarii; quaesitum est, an ceteris heredibus adversus eum pecuniae ab his debitae actio de peculio competit? Respondit (1), non competere.

## TIT. II

### QUANDO DE PECULIO ACTIO ANNALIS EST (2)

**1.** Ulpianus *libro XXIX. ad Edictum.*—Praetor ait: POST MORTEM EIUS, QUI IN ALTERIUS POTESTATE FUERIT, POSTEAVE QUAM IS EMANCIPATUS, MANUMISSUS ALIENATUSVE FUERIT, DUMTAXAT DE PECULIO, ET SI QUID DOLO MALO EIUS, IN CUIUS POTESTATE EST, FACTUM ERIT (3), QUO MINUS PECULII ESSET, IN ANNO, QUO PRIMUM DE EA RE EXPERIUNDI POTESTAS ERIT, IUDICIUM DABO.

§ 1.—Quamdiu servus vel filius in potestate est, de peculio actio perpetua est; post mortem autem eius, vel postquam emancipatus, manumissus alienatusve fuerit, temporaria (4) esse incipit, id est annalis.

§ 2.—Annus autem utilis computabitur, et ideo et si conditionalis sit obligatio, Iulianus scripsit, ex eo computandum annum, non ex quo emancipatus est, sed ex quo peti potuit conditione existente.

§ 3.—Merito autem temporariam (5) in hoc casu fecit Praetor actionem, nam quum morte vel alienatione extinguitur peculium, sufficiebat usque ad annum produci obligationem.

§ 4.—Alienatio autem et manumissio ad servos pertinet, non ad filios; mors autem tam ad servos, quam ad filios refertur; emancipatio vero ad solum filium. Sed et si alio modo sine emancipatione desierit esse in potestate, annalis erit actio. Sed et si morte patris vel deportatione sui iuris fuerit effectus filius, de peculio intra annum heres patris vel fiscus tenebuntur.

§ 5.—In alienatione accipitur utique venditor, qui actione de peculio intra annum tenetur.

(1) Respondi, *Hal.*
(2) QUANDO ACTIO DE PECULIO ANNALIS SIT, *Hal.*
(3) FUERIT, *Hal.*

que sea libre un esclavo, y le lega el peculio, escribe Juliano que se entiende que lega el peculio del tiempo en que compete la libertad; y que por lo tanto, todo incremento del peculio, adquirido de cualquier modo antes de adida la herencia, pertenece al manumitido.

§ 2.—Mas que si alguno hubiere legado á un extraño el peculio de un esclavo, hay duda para conjeturar la voluntad del testador, y es más verosímil que se deban el legado, que hubiere habido en el peculio al tiempo de la muerte, así como las cosas que por los bienes del peculio se hubieren agregado antes de adida la herencia, tales como los partos de las esclavas, y los fetos de los ganados; pero que lo que se hubiere donado al esclavo, ó si algo hubiere adquirido con su trabajo, no pertenece al legatario.

**58. [59.]** Scévola; *Digesto, libro V.*—A uno de los herederos legó los predios, como estaban provistos, con los esclavos y las demás cosas, y lo que en ellos hubiese; estos esclavos fueron deudores del señor tanto por otras causas, como por la cuenta del libro de caja; se preguntó, ¿compete acaso contra él á los demás herederos la acción de peculio por el dinero debido por ellos? Respondió, que no les compete.

## TÍTULO II

### Cuando es de un año la acción de peculio

**1.** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Dice el Pretor: «Después de la muerte del que »hubiere estado en la potestad de otro, ó después »que él hubiere sido emancipado, manumitido, ó »enajenado, daré la acción de peculio, y por si con »dolo malo de aquel, en cuya potestad está, se hu»biere hecho que algo no fuese del peculio, sola»mente dentro del año en que primeramente hubie»re habido posibilidad de reclamar sobre este par»ticular.»

§ 1.—Mientras el esclavo ó el hijo está bajo potestad, es perpétua la acción de peculio; mas después de su muerte, ó después que hubiere sido emancipado, manumitido ó enajenado, comienza á ser temporal, esto es, de un año.

§ 2.—Pero se computará el año útil, y por esto, escribió Juliano, que también si la obligación fuera condicional, se ha de computar el año no desde que fué emancipado, sino desde que cumpliéndose la condición pudo pedirse.

§ 3.—Mas con razón hizo el Pretor temporal en este caso la acción, porque como por la muerte ó por la enajenación se extingue el peculio, bastaba que la obligación se extendiese hasta un año.

§ 4.—Pero la enajenación y la manumisión se refieren á los esclavos, no á los hijos; mas la muerte se refiere tanto á los esclavos, como á los hijos; y la emancipación á solo el hijo. Mas también si de otro modo hubiere sin emancipación dejado de estar bajo potestad, será de un año la acción. Pero también si por muerte ó deportación del padre se hubiere hecho de propio derecho el hijo, el heredero del padre ó el fisco estarán obligados por la acción de peculio dentro del año.

§ 5.—En la enajenación se comprende ciertamente el vendedor, que se obliga dentro del año por la acción de peculio.

(4) temporalis, *la Vulg.*
(5) temporalem, *la Vulg.*

§ 6.— Sed et si donavit servum, vel permutavit, vel in dotem dedit, in eadem causa est.

§ 7.—Item heres eius, qui servum legavit non cum peculio; nam si cum peculio vel legavit, vel liberum esse iussit, quaestionis fuit. Et mihi verius videtur, non dandam neque in manumissum, neque in eum, cui legatum sit peculium, de peculio actionem. An ergo teneatur heres? Et ait Caecilius (1) teneri, quia peculium penes eum sit, qui tradendo id legatario (2) se liberavit. Pegasus autem caveri heredi debere ait, ab eo, cui peculium legatum sit, quia ad eum veniunt creditores; ergo si tradiderit sine cautione, erit conveniendus.

§ 8.—Si praecepto (3) servo et peculio rogatus sit heres restituere hereditatem, si de peculio conveniatur, Trebelliani exceptione non utetur, ut Marcellus tractans admittit. Is autem, cui restituta est hereditas, non tenetur, ut Scaevola ait, quum peculium non habeat, nec dolo fecerit, quominus haberet.

§ 9.— Usufructu quoque extincto intra annum actionem dandam in usufructuarium Pomponius libro sexagesimo primo (4) scripsit.

§ 10.—[**2.**] (5) Quaesitum est apud Labeonem, si, quum filius viveret, tu credens eum mortuum annali actione egeris et, quia annus praeterierat, exceptione sis repulsus, an rursus experiri tibi comperto errore permittendum est? Et ait, permitti debere duntaxat de peculio, non etiam de in rem verso; nam priore iudicio de in rem verso recte actum est, quia annua exceptio ad peculium, non ad in rem versum pertinet.

**2.** [**3.**] Paulus *libro XXX. ad Edictum.* — Quum post mortem filiifamilias annua adversus patrem actio est, quemadmodum adversus eum esset perpetua vivo filio, ideo, si ex causa redhibitionis erat de peculio actio, sex mensium erit post mortem filii. Idemque dicendum in omnibus temporalibus actionibus.

§ 1.—Si servus, cui creditum est, apud hostes sit, de peculio actio in dominum non anno finienda est, quamdiu (6) postliminio reverti potest.

**3.** [**4.**] Pomponius *libro IV.* (7) *ad Quintum Mucium.*— Definitione peculii interdum utendum est, etiamsi servus in rerum natura esse desiit, et actionem Praetor de peculio intra annum dat; nam et tunc et accessionem, et decessionem quasi peculii recipiendam, quamquam iam (8) desiit morte servi vel manumissione esse peculium, ut possit ei accedere ut peculio (9), fructibus, vel pecorum foetu ancillarumque partubus, et decedere, veluti si mortuum sit animal, vel alio quolibet modo perierit.

(1) Caelius, *Hal.*
(2) a legatario, *Hal.*
(3) recepto, *Vulg.*
(4) undecimo, *Hal.*
(5) *Según ediciones vulgares.*
(6) qui, *(en lugar de* quamdiu*), Hal.*

§ 6.—Pero también se halla en el mismo caso si donó el esclavo, ó lo permutó, ó lo dió en dote.

§ 7.—Asimismo el heredero del que legó el esclavo no con el peculio; porque hubo cuestión, si con el peculio ó lo legó, ó mandó que fuese libre. Y á mí me parece más verdadero, que no se ha de dar la acción de peculio ni contra el manumitido, ni contra aquel á quien se haya legado el peculio. ¿Quedará, pues, obligado el heredero? Y dice Cecilio, que queda obligado, porque esté el peculio en poder de aquel que quedó libre entregándolo al legatario. Pero dice Pegaso, que debe darse caución al heredero por aquel á quien se haya legado el peculio, porque á él recurren los acreedores; luego si lo hubiere entregado sin caución, deberá ser demandado.

§ 8.—Si se hubiera rogado al heredero que, tomados previamente el esclavo y el peculio, restituyera la herencia, si fuese demandado con la acción de peculio, no usará de la excepción del Senadoconsulto Trebeliano, como tratando de esto admite Marcelo. Mas aquel á quien se restituyó la herencia no queda obligado, según dice Scévola, no teniendo peculio, ni habiendo hecho con dolo que no lo tenga.

§ 9.—Escribió Pomponio en el libro sexagésimo primero, que también extinguido el usufructo se ha de dar dentro del año la acción contra el usufructuario.

§ 10.—[**2.**] Preguntóse por Labeon, que si, viviendo el hijo, creyendo tú que había muerto hubieres ejercitado la acción dentro del año, y, porque el año había pasado, hubieras sido repelido con la excepción, ¿se te ha de permitir acaso, descubierto el error, intentarla de nuevo? Y dice, que debe permitirse solamente la de peculio, no también la de lo que se convirtió en provecho de su cosa; porque en el primer juicio se ejercitó bien la de lo que se convirtió en provecho de su cosa, porque la excepción de un año pertenece á la de peculio, no á la de lo que se convirtió en provecho de otro.

**2.** [**3.**] Paulo; *Comentarios al Edicto, libro XXX.*—Como después de la muerte del hijo de familia es de un año la acción contra el padre, así como sería perpétua contra él viviendo el hijo, por esto, si la acción de peculio era por causa de redhibición, será de seis meses después de la muerte del hijo. Y lo mismo se ha decir respecto á todas las acciones temporales.

§ 1.—Si el esclavo, á quien se hizo un préstamo, estuviera en poder de los enemigos, la acción de peculio contra el señor no se ha de extinguir dentro del año, mientras puede volver por derecho de postliminio.

**3.** [**4.**] Pomponio; *Comentarios á Quinto Mucio, libro IV.*—A veces se ha de usar de la definición del peculio, aunque el esclavo dejó de existir, y el Pretor dá la acción de peculio dentro del año; porque también entonces se han de admitir como del peculio así el aumento, como la disminución, aunque por la muerte ó la manumisión del esclavo dejó ya de haber peculio, de suerte que pueda haber para él accesión, como en el peculio, con los frutos, ó los fetos de las reses y los partos de las esclavas, y disminuir, como si hubiera muerto un animal, ó de otro cualquier modo hubiere desaparecido.

(7) III., *Hal.*
(8) (iam), *reciente corrección del códice Fl., Br.*
(9) ut possit et accedere peculio, veluti fructibus, *Hal.*; ut possit ei accedere, ut in peculii fructibus, *Vulg.*

## TIT. III

### DE IN REM VERSO

[*Cf. Cod. IV. 26.*]

**1.** Ulpianus *libro XXIX. ad Edictum.*— Si hi, qui in potestate aliena sunt, nihil in peculio habent vel habeant, non in solidum tamen, tenentur (1), qui eos habent in potestate, si in rem eorum, quod acceptum est, conversum sit, quasi cum ipsis potius contractum videatur.

§ 1.—Nec videtur frustra de in rem verso actio promissa (2), quasi sufficeret de peculio; rectissime enim Labeo dicit, fieri posse, ut et in rem versum sit, et (3) cesset de peculio actio. Quid enim, si dominus peculium ademit sine dolo malo? Quid, si morte servi extinctum est peculium, et annus utilis praeteriit? De in rem verso namque actio perpetua est, et locum habet, sive ademit sine dolo malo, sive actio de peculio anno finita est.

§ 2.—Item si plures agant de peculio, proficere hoc ei, cuius pecunia in rem versa est, debet, ut is se uberiorem actionem habeat. Certe si praeventum sit ab aliquo et actum de peculio, de in rem verso actio an cesset, videndum. Et refert Pomponius, Iulianum existimare, de peculio actione perimi de in rem verso actionem, quia in peculium conversum est, quod in domini rem erat versum; et pro servo solutum est, quemadmodum si ipsi servo a domino fuisset solutum. Sed ita demum, si praestiterit ex actione de peculio dominus, quod servus in rem eius verterat, ceterum si non praestiterit, manet actio de in rem verso.

**2.** Iavolenus *libro XII.* (4) *ex Cassio.*— Qui numis acceptis (5) servum manumisit, agi cum eo de in rem verso non potest, quia dando libertatem locupletior ex numis non fit.

**3.** Ulpianus *libro XXIX. ad Edictum.*—Quodsi servus domino quantitatem dederit, ut manumittatur, quam a me mutuam accepit, in peculium quidem hanc quantitatem non computari, in rem autem videri versum, si quid plus sit in eo, quod servus dedit, quam est in servi pretio.

§ 1.— In rem autem versum videtur, sive id ipsum, quod servus accepit, in rem domini convertit, veluti si triticum acceperit et id ipsum in familiam domini cibariorum nomine consumserit, aut si pecuniam a creditore acceptam dominico creditori solverit. Sed etsi erravit in solvendo, et putavit creditorem eum, qui non erat, aeque in rem versum esse, Pomponius libro sexagesimo primo (6) ait, quatenus indebiti repetitionem domi-

(1) *Taur. anota al márgen;* teneantur, *en el texto.*
(2) permissa, *Hal.*
(3) etiamsi, (*en lugar de* et), *Hal.*

## TÍTULO III

### DE LA ACCIÓN POR LO QUE SE CONVIRTIÓ EN PROVECHO DE OTRO

[*Véase Cód. IV. 26.*]

**1.** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.* —Si los que están en ajena potestad no tuvieran cosa alguna en el peculio, ó la tuvieran, los que los tienen bajo su potestad se obligan, aunque no por el todo, si se hubiera convertido en utilidad de ellos lo que se recibió, cual si pareciera que más bien se contrató con ellos mismos.

§ 1.—Y no parece que se prometió inútilmente la acción de lo que se convirtió en provecho de otro, como si bastase la de peculio; porque con muchísima razón dice Labeon, que puede suceder que haya la de lo que se convirtió en provecho de otro, y que deje de haber la acción de peculio. Porque, ¿qué, si sin dolo malo quitó el señor el peculio? ¿Qué, si por la muerte del esclavo se extinguió el peculio, y transcurrió el año útil? Porque la acción de lo que se convirtió en provecho de otro es perpétua, y tiene lugar, ya si sin dolo malo quitó el peculio, ya si en el año se extinguió la acción de peculio.

§ 2.—Asimismo, si muchos intentaran la acción de peculio, debe esto aprovecharle á aquel cuyo dinero se convirtió en provecho de la cosa, para que él tenga una acción más productiva. Ciertamente que si alguno se anticipó y por él se ejercitó la acción de peculio, se ha de ver si acaso dejará de existir la acción de lo que se convirtió en provecho de otro. Y refiere Pomponio, que juzga Juliano, que por la acción de peculio se extingue la acción de lo que se convirtió en provecho de otro, porque se convirtió en provecho del peculio lo que se había convertido en utilidad de cosa del señor; y se pagó por el esclavo, así como si al mismo esclavo se le hubiese pagado por el señor. Pero así, solamente si el señor hubiere pagado por la acción de peculio lo que el esclavo había invertido en cosa de él, pero si no lo hubiere pagado, subsiste la acción de lo que se convirtió en provecho de su cosa.

**2.** Javoleno; *Doctrina de Cassio, libro XII.*— Contra el que por dinero recibido manumitió á un esclavo no puede intentarse la acción de lo que se convirtió en su utilidad, porque dándole la libertad no se hace más rico con el dinero.

**3.** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.* —Pero si el esclavo hubiere dado al señor, para que lo manumita, la cantidad que de mí recibió en mútuo, esta cantidad no se computa ciertamente en el peculio, pero se entiende que se invirtió en utilidad del señor, si importara alguna cosa más lo que dió el esclavo, que lo que importa el precio del esclavo.

§ 1.—Mas se entiende convertido en provecho de otro, ya si lo mismo que el esclavo recibió lo invirtió en cosa del señor, como si hubiere recibido trigo y lo hubiere consumido por razón de alimento en la familia del señor, ó si el dinero recibido de un acreedor lo hubiere dado en pago á otro acreedor del señor. Pero aunque haya errado al pagar, y creido que era acreedor el que no lo era, dice Pomponio en el libro sexagésimo primero, que igual-

(4) Iabolenus, libro XI., *Hal.*
(5) *Taur. anota al márgen;* acceptum, *en el texto.*
(6) undecimo, *Hal. Vulg.*

nus haberet, sive quum servus domini negotii gerendi administrandive causa quid gessit, veluti si mutuatus sit pecuniam, ut frumentum compararet ad familiam alendam, vel si (1) ad vestiendam, sive peculiariter mutuatus postea in rem domini vertit. Hoc enim iure utimur, ut, etiamsi prius in peculium vertit pecuniam, mox in rem domini, esse de in rem verso actio possit.

mente hay la acción de lo que se convirtió en provecho de otro, en cuanto tendría el señor la repetición de lo no debido, ó cuando el esclavo hizo alguna cosa como gestor ó administrador de negocio del señor, como si hubiera tomado en mútuo dinero para comprar trigo para mantener á la familia, ó si para vestirla, ó si habiendo tomado en mútuo para el peculio lo invirtió después en cosa del señor. Porque usamos de este derecho, que aunque primeramente invierta el dinero en el peculio, y después en cosa del señor, pueda haber la acción de lo que se invirtió en provecho de otro.

§ 2.—Et regulariter dicimus, toties de in rem verso esse actionem, quibus casibus procurator mandati, vel qui negotia gessit, negotiorum gestorum haberet actionem, quotiesque aliquid (2) consumsit servus, ut aut meliorem rem dominus habuerit, aut non deteriorem.

§ 2.—Y por via de regla decimos, que hay la acción de lo que se convirtió en provecho de otro en todos los casos en que el procurador tendria la acción de mandato, ó el que fué gestor de negocios la de gestión de negocios, y siempre que el esclavo consumió algo, para que el señor tuviere ó mejorada, ó no deteriorada, una cosa.

§ 3.—Proinde si servus sumsit pecuniam, ut se aleret et vestiret secundum consuetudinem domini, id est usque ad eum modum, quem dominus ei praestare consueverat, in rem videri domini vertisse Labeo scribit. Ergo idem erit et in filio.

§ 3.—Por consiguiente, si el esclavo tomó el dinero para alimentarse y vestirse según costumbre del señor, esto es, hasta aquella cantidad que el señor había acostumbrado á darle, escribe Labeon, que se entiende que la invirtió en cosa del señor. Luego lo mismo será también respecto al hijo.

§ 4.—Sed si mutua pecunia accepta domum dominicam exornavit tectoriis, et quibusdam aliis, quae magis ad voluptatem pertinent, quam ad utilitatem, non videtur versum, quia nec procurator haec imputaret, nisi forte mandatum domini, aut voluntatem habuit, nec debere ex eo onerari dominum, quod ipse facturus non esset. Quid ergo est? Pati debet dominus creditorem haec auferre, sine domus sui (3) videlicet iniuria, ne cogendus sit dominus vendere domum, ut quanti pretiosior (4) facta est, id praestet.

§ 4.—Pero si habiendo recibido en mútuo el dinero adornó la casa del señor con estucados, y con otras cosas, que más bien pertenecen al gusto que á la utilidad, no parece que se invirtió en provecho de su cosa, porque tampoco un procurador pondría en cuenta estas cosas, salvo si acaso tuvo mandato ó consentimiento de su señor, ni que deba gravarse al señor con lo que él mismo no habría de haber hecho. ¿Qué se dirá, pues? Que el señor debe consentir que el acreedor quite estas cosas, por supuesto, sin detrimento de su propia casa, y que no ha de ser obligado el señor á vender la casa para pagar aquello en que fué hecha de más precio.

§ 5.—Idem Labeo ait, si servus mutuatus numos a me alii eos crediderit, de in rem verso dominum teneri, quod nomen ei acquisitum est; quam sententiam Pomponius ita probat, si non peculiare nomen fecit, sed quasi dominicae rationis. Ex qua causa hactenus erit dominus obligatus, ut, si non putat sibi expedire nomen debitoris habere, cedat creditori actionibus procuratoremque eum faciat.

§ 5.—Dice el mismo Labeon, que si habiendo tomado de mí el esclavo dinero en mútuo, lo hubiere prestado á otro, su señor queda obligado por la acción de lo que se convirtió en su provecho, porque el crédito se adquirió para él; cuya opinión aprueba Pomponio de este modo, si no creó un crédito del peculio, sino como por cuenta del señor. Por cuya causa el señor quedará obligado solamente á ceder al acreedor las acciones y á hacerle procurador, si no juzga que le conviene tener el crédito del deudor.

§ 6.—Nec non illud quoque in rem domini versum Labeo ait, quod mutuatus servus domino emit volenti ad luxuriae materiam, unguenta forte, vel si quid ad delicias, vel si quid ad turpes sumtus subministravit; neque enim spectamus, an bono domini cesserit (5), quod consumtum est, sed an in negotium domini.

§ 6.—Dice Labeon, que también se convirtió en utilidad del señor lo que, habiéndolo tomado en mútuo el esclavo, compró para el señor, que lo quería como objeto de lujo, acaso pomadas, ó si le procuró algo para placeres, ó para gastos torpes; porque no atendemos á si haya redundado en bien del señor lo que se consumió, sino á si se gastó para negocio del señor.

§ 7.—Unde recte dicitur, et si frumentum comparavit servus ad alendam domini familiam, et in horreo dominico reposuit, et hoc periit, vel corruptum est, vel arsit, videri versum.

§ 7.—Por lo que se dice con razón, que también si el esclavo compró trigo para mantener la familia del señor, y lo puso en granero del señor, y se perdió, ó se corrompió, ó se quemó, se entiende que se invirtió en su provecho.

§ 8.—Sed et si servum domino necessarium emisset, isque decessisset, vel insulam fulsisset, eaque ruisset, dicerem, esse actionem de in rem verso.

§ 8.—Pero también si para su señor hubiese comprado un esclavo necesario, y éste hubiese fallecido, ó hubiera reparado una casa, y ésta se hubiera desplomado, diria yo que hay la acción de lo que se invirtió en su provecho.

§ 9.—Sed si sic accepit, quasi in rem domini ver-

§ 9.—Mas si recibió de este modo, como que lo

(1) vestimenta, *(omitiendo* si), *inserta Hal.*
(2) ita, *inserta Hal.*
(3) *Taur. según la escritura original;* suae, *según antigua corrección, Br.*

(4) *Taur.;* quantipretiopretiosior, *en la escritura original, Br.*
(5) accesserit, *Hal.*

teret, nec vertit, et decepit creditorem, non videtur versum, nec tenetur dominus, ne credulitas creditoris domino obesset, vel calliditas servi noceret. Quid tamen, si is fuit servus, qui solitus erat accipiens vertere? Adhuc non puto nocere domino, si alia mente servus accepit, aut si, quum hac mente accepisset, postea alio vertit; curiosus igitur debet esse creditor, quo vertatur.

§ 10.—Si mutuatus sit pecuniam servus ad vestem comparandam, et numi perierint, quis de in rem verso agere possit, utrum creditor, an venditor? Puto autem, si quidem pretium numeratum sit, creditorem de in rem verso acturum, etsi vestis perierit; si autem non fuit pretium solutum, ad hoc tamen data pecunia, ut vestis emeretur, et pecunia perierit, vestis tamen familiae divisa est, utique creditorem de in rem verso habere actionem. An et venditor habeat (1), quia res eius pervenerunt in rem domini? Ratio hoc facit (2), ut teneatur. Unde incipit dominus teneri ex una causa duobus; proinde etsi tam pecunia, quam vestis periit, dicendum erit, utrique dominum teneri, quoniam ambo in rem domini vertere voluerunt;

**4.** Gaius *libro IX. ad Edictum provinciale.*—sed dicendum est, occupantis meliorem conditionem esse debere, nam utrisque (3) condemnari dominum de in rem verso iniquum est.

**5.** Ulpianus *libro XXIX. ad Edictum.*—Si res domino non necessarias emerit servus quasi domino necessarias (4), veluti servos, hactenus videri in rem eius versum Pomponius (5) scribit, quatenus servorum verum pretium facit, quum, si necessarias emisset, in solidum, quanto venissent, teneretur.

§ 1.—Idem ait, sive ratum habeat servi contractum dominus, sive non, de in rem verso esse actionem.

§ 2.—Quod servus domino emit, si quidem voluntate eius emit, potest Quod iussu agi; sin vero non ex voluntate, si quidem dominus ratum habuerit, vel alioquin rem necessariam vel utilem domino emerit (6), de in rem verso actio erit; si vero nihil eorum est, de peculio erit actio.

§ 3.—Placet, non solum eam pecuniam in rem verti, quae statim a creditore ad dominum pervenerit, sed et quae prius fuerit in peculio. Hoc autem toties verum est, quoties servus rem domini gerens locupletiorem eum facit numis peculiaribus; alioquin si servo peculium dominus adimat,

invertiría en cosa del señor, y no lo invirtió, y engañó al acreedor, no se entiende que se invirtió en su provecho, y no queda obligado el señor, no sea que le perjudicara al señor la credulidad del acreedor, ó que le fuese perjudicial el engaño del esclavo. Pero ¿qué, si éste fué un esclavo que había acostumbrado á invertir en provecho del señor lo que recibía? Aun así no opino que perjudica al señor, si el esclavo recibió con otra intención, ó si, habiendo recibido con esta, lo invirtió después en otra cosa; así, pues, el acreedor debe procurar saber en qué se invierta.

§ 10.—Si el esclavo hubiera tomado dinero en mútuo para comprar un vestido, y el dinero se hubiere perdido, ¿quién podrá ejercitar la acción de lo que se convirtió en provecho, acaso el acreedor, ó el vendedor? Mas yo opino, que si verdaderamente se hubiera entregado el precio, el acreedor habrá de ejercitar la acción de lo que se convirtió en provecho, aunque el vestido hubiere perecido; pero si no se pagó el precio, mas el dinero se dió para esto, para que se comprase el vestido, y se hubiere perdido el dinero, pero el vestido se repartió á la familia, ciertamente que el acreedor tiene la acción de lo que se convirtió en utilidad. ¿La tendrá acaso también el vendedor, porque bienes de él se convirtieron en cosa del señor? La razón hace que se esté obligado. Por donde por una sola causa comienza el señor á estar obligado á dos; por consiguiente, aunque se hayan perdido así el dinero, como el vestido, se habrá de decir, que el señor queda obligado á uno y á otro, porque ambos quisieron que se invirtiera en provecho del señor;

**4.** Gayo; *Comentarios al Edicto provincial, libro IX.*—pero se ha de decir, que debe ser mejor la condición del ocupante, porque es injusto que el señor sea condenado á favor de ambos por la acción de lo que se convirtió en su utilidad.

**5.** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Si como necesarias para el señor hubiere comprado el esclavo cosas no necesarias para el señor, por ejemplo, esclavos, escribe Pomponio, que se considera haberse gastado en utilidad de este solamente hasta cuanto determina el verdadero precio de los esclavos, cuando si hubiese comprado cosas necesarias, se obligaría por el todo en que se hubiesen vendido.

§ 1.—Dice el mismo, que ya si el señor ratificara el contrato del esclavo, ya si no, hay la acción de lo que se convirtió en utilidad.

§ 2.—Por lo que el esclavo compró para el señor, si verdaderamente lo compró con la voluntad de éste, puede ejercitarse la acción de lo que se hizo por mandato; pero si no con su voluntad, si verdaderamente el señor lo hubiere ratificado, ó de otra suerte hubiere comprado para el señor una cosa necesaria ó útil, habrá la acción de lo que se convirtió en su utilidad; pero si no sucede nada de esto, habrá la acción de peculio.

§ 3.—Place que se convierta en su utilidad no solamente aquel dinero, que inmediatamente hubiere ido del acreedor á poder del señor, sino también el que antes hubiere estado en el peculio. Mas esto es verdad siempre y cuando el esclavo, gestionando negocio del señor, hace más rico á éste con

(1) Nam et venditor habet, *Vulg.*
(2) quae ratio facit, *Vulg.*
(3) utrinque, *Hal.*

(4) *Según reciente corrección del códice Fl., Br.;* necessaria, *Taur. según la escritura original.*
(5) libro quinto, *inserta Hal.*
(6) *Hal;* emit, *Taur.*

vel si vendat eum cum peculio, vel rem eius peculiarem, et pretium exigat, non videtur in rem versum;

dinero del peculio; de otra suerte, si el señor quitara el peculio al esclavo, ó si vendiera á éste con el peculio, ó bienes peculiares del mismo, y cobrara su precio, no se considera que se invirtió en su utilidad;

6. Triphoninus *libro I. Disputationum.*—nam si hoc verum esset, etiam antequam venderet rem peculiarem, (de in rem) (1) verso teneretur, quia hoc ipso, quod servus rem in peculio haberet, locupletior fieret, quod aperte falsum est;

6. Trifonino; *Disputas, libro I.*—porque si esto fuese verdad, también antes que vendiese la cosa del peculio quedaría obligado por lo que se convirtió en su utilidad, porque por esto mismo, de que el esclavo tuviera la cosa en el peculio, se haría más rico, lo que evidentemente es falso;

7. Ulpianus *libro XXIX. ad Edictum.* — et ideo, et si donaverit servus domino rem peculiarem, actio de in rem verso cessabit. Et sunt ista vera.

§ 1.—Plane si mutuum servus acceperit, et donandi animo solvit, dum non vult eum debitorem facere peculiarem, de in rem verso actio est.

§ 2.—Illud verum non est, quod Mela scribit, si servo meo argentum dederis, ut pocula tibi faceret ex quolibet argento, mox factis poculis servus decesserit, esse tibi adversus me de in rem verso actionem, quoniam possum pocula vindicare.

§ 3.—Illud plane verum est, quod Labeo scribit, si odores et unguenta servus emerit, et ad funus erogaverit, quod ad dominum suum pertinebat, videri in rem domini versum.

§ 4.—Idem ait, et si hereditatem a servo tuo emero, quae ad te pertinebat, et creditoribus pecuniam solvero, deinde hanc hereditatem abstuleris mihi, ex emto actione me id ipsum consecuturum, videri enim in rem tuam versum; nam et si hereditatem a servo emero, ut quod mihi ab ipso servo debebatur, compensarem, licet nihil solvi, tamen consequi me ex emto, quod ad dominum pervenit. Ego autem non puto, de in rem verso esse actionem emtori, nisi hoc animo gesserit servus, ut in rem domini verteret.

§ 5.—Si filiusfamilias pecuniam mutuatus pro filia sua dotem dederit, in rem versum patris videtur, quatenus avus pro nepte daturus fuit. Quae sententia ita demum mihi vera videtur, si hoc animo dedit, ut patris negotium gerens (2).

7. Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—y por lo tanto, también si el esclavo hubiere donado á su señor la cosa del peculio, dejará de haber la acción de lo que se convirtió en su utilidad. Y esto es verdad.

§ 1.—Pero si el esclavo hubiere recibido un mútuo, y pagó con ánimo de donar, no queriendo hacerle deudor al peculio, hay la acción de lo que se convirtió en su provecho.

§ 2.—No es verdad lo que escribe Mela, que si hubieres dado plata á un esclavo mio, para que te hiciera vasos de cualquiera plata, y después de hechos los vasos hubiere fallecido el esclavo, tienes contra mí la acción de lo que se convirtió en utilidad, porque puedo reivindicar los vasos.

§ 3.—Evidentemente es verdad lo que escribe Labeon, que si el esclavo hubiere comprado perfumes y ungüentos, y los hubiere gastado en entierro, que correspondía á su señor, se considera que se invirtieron en utilidad del señor.

§ 4.—Dice el mismo, que también si de tu esclavo hubiere yo comprado la herencia, que te pertenecía, y hubiere yo pagado el dinero á los acreedores, y después me hubieres quitado esta herencia, conseguiré esto mismo por la acción de compra, porque se considera que se convirtió en tu provecho; porque también si del esclavo hubiere yo comprado la herencia, para compensar yo lo que por el mismo esclavo se me debía, aunque nada se pague, sin embargo, consigo por la acción de compra lo que fué á poder del señor. Mas yo no opino que tenga el comprador la acción de lo que se convirtió en su provecho, á no ser que el esclavo hubiere obrado con esta intención, que lo invertiría en cosa del señor.

§ 5.—Si habiendo un hijo de familia tomado en mútuo dinero lo hubiere dado en dote por su hija, se considera que se invirtió en utilidad del padre, en cuanto el abuelo la debió dar por su nieta. Cuya opinión me parece verdadera solamente de este modo, si lo dió con esta intención, como siendo gestor de negocio del padre.

8. Paulus *libro XXX. ad Edictum.* — Et nihil interesse Pomponius ait, filiae suae nomine, an sororis vel neptis ex altero filio natae dederit. Idem ergo dicemus, et si servus mutuatus fuerit, et domini sui filiae nomine in dotem dederit.

8. Paulo; *Comentarios al Edicto, libro XXX.*—Y dice Pomponio, que nada importa que lo hubiere dado en nombre de su hija, ó de su hermana, ó de nieta nacida de otro hijo. Luego lo mismo diremos también si el esclavo hubiere tomado en mútuo, y lo hubiere dado en dote en nombre de la hija de su señor.

9. Iavolenus *libro XII. ex Cassio.* — Si vero pater dotem daturus non fuit, in rem patris versum esse non videtur.

9. Javoleno; *Doctrina de Cassio, libro XII.*—Mas si el padre no debió dar la dote, no se considera haberse invertido en utilidad del padre.

10. Ulpianus *libro XXIX. ad Edictum.* — Si pro patre filius fideiusserit, et creditori solverit,

10. Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Si el hijo hubiere afianzado por el padre,

(1) *Br.; Taur. suprime el paréntesis.*

(2) gereret, *Vulg.*

in rem patris videtur versum, quia patrem liberavit.

§ 1.—Cui simile est, quod Papinianus libro nono (1) Quaestionum scribit, si filius quasi defensor patris iudicium susceperit, et sit condemnatus, de in rem verso teneri patrem; namque filius eum iudicio suscepto liberavit.

§ 2.—Idem tractat Papinianus, et si, quod patrem dare oporteret, a filio sim stipulatus, et ita convenerim filium; nam et hic de in rem verso fore actionem, nisi si donare patri filius voluit, dum se obligat.

§ 3.—Quare potest dici, etsi de peculio actionem quasi defensor patris susceperit, teneri patrem de in rem verso usque ad peculii quantitatem; cuius sententiae id erit emolumentum, ut, si finita sit actio de peculio, de in rem verso conveniatur. Ego et ante condemnationem post iudicium patris nomine acceptum de in rem verso patrem teneri puto.

§ 4.—In rem autem versum videtur, prout aliquid versum est; proinde si pars versa est, de parte erit actio.

§ 5.—Sed utrum in sortem duntaxat tenebitur dominus, an et in usuras? Et si quidem promisit usuras, Marcellus libro quinto Digestorum scribit, dominum praestiturum; sed si non sint promissae, ut ue non debebuntur, quia in stipulatum deducta on sunt. Plane si contemplatione domini pecunia dedi non gerenti servo negotia domini, sed ipse g ns, negotiorum gestorum actione potero etiam de suris experiri.

§ 6.—Vers n autem sic accipimus, ut duret versum. Et ita d um de in rem verso competit actio, si non sit a d no servo solutum, vel filio. Si tamen in necem litoris, id est perdituro servo vel filio solutum s uamvis solutum sit (2), desinit quidem versu quissimum autem est, de dolo malo adversus rem vel dominum competere actionem; nam e eculiaris debitor, si fraudulenter servo solverit, quod ei debebat, non liberatur.

§ 7.—Si domini debitor sit servus, et ab alio mutuatus ei solverit, hactenus non vertit, quatenus domino debet; quod excedit, vertit. Proinde si, quum domino deberet triginta, mutuatus quadraginta creditori eius solverit, vel familiam exhibuerit, dicendum erit, de in rem verso in decem competere actionem, aut, si tantundem debeat, nihil, videtur versum; nam, ut Pomponius scribit, adversus lucrum domini videtur subventum. Et ideo, sive debitor fuit domino, quum in rem verteret, nihil videri versum, sive postea debitor esse domino coeperit, desinere versum, idemque (3) et si solverit ei. Plus dicit, etsi tantundem ei donavit dominus, quantum creditori solvit pro se, si qui-

(1) octavo, *Vulg.*
(2) quamvis solutum sit, *omitelas Hal.*

y pagado al acreedor, se considera haberse hecho inversión en utilidad del padre, porque libró de la deuda al padre.

§ 1.—A lo que es semejante lo que escribe Papiniano en el libro noveno de las Cuestiones, que si el hijo hubiere aceptado como defensor del padre el juicio, y fuera condenado, se obliga el padre por la acción de lo que se convirtió en su provecho; porque el hijo le libró de la obligación habiendo aceptado el juicio.

§ 2.—Lo mismo discute Papiniano, también si yo hubiera estipulado del hijo lo que debiese dar el padre, y de este modo hubiere yo demandado al hijo; porque también en este caso habría de haber la acción de lo que se convirtió en su utilidad, salvo si el hijo quiso, obligándose, hacer donación al padre.

§ 3.—Por lo cual puede decirse, que aunque como defensor del padre hubiere tomado á su cargo la acción de peculio, se obliga el padre por la acción de lo que se invirtió en su utilidad hasta la cuantía del peculio; de cuya opinión resultará esta utilidad, que si se hubiera extinguido la acción de peculio, será demandado con la de lo que se invirtió en su utilidad. Yo opino, que también antes de la condena después de aceptado el juicio en nombre del padre, se obliga el padre por la acción de lo que se convirtió en su utilidad.

§ 4.— Mas se entiende que se convirtió en su utilidad, en la medida que algo se convirtió; por lo tanto, si se convirtió una parte, la acción será por esta parte.

§ 5.— ¿Pero el señor se obligará acaso solamente por el capital, ó también por los intereses? Y escribe Marcelo en el libro quinto del Digesto, que si verdaderamente prometió los intereses, deberá pagarlos el señor; pero que si no se hubieran prometido, ciertamente no se deberán, porque no fueron comprendidos en la estipulación. Mas si por consideración al señor di dinero á un esclavo, no siendo él gestor de los negocios del señor, sino administrándolos éste mismo, podré ejercitar la acción de gestión de negocios también por los intereses.

§ 6.— Mas entendemos convertida una cosa en utilidad, de modo que dure convertida. Y así compete la acción de lo que se convirtió en utilidad, solamente si no se hubiera pagado por el señor al esclavo, ó al hijo. Mas si se hubiera pagado en perjuicio del acreedor, esto es, al esclavo ó al hijo que lo habían de perder, aunque se haya pagado, dejó ciertamente de estar convertido en utilidad, pero es muy justo que competa contra el padre ó el señor la acción de dolo malo; porque tampoco el deudor del peculio queda libre, si fraudulentamente hubiere pagado al esclavo lo que le debía.

§ 7.— Si el esclavo fuera deudor del señor, y le pagare habiendo tomado de otro en mútuo, no invierte en su utilidad tanto cuanto debe al señor; pero invierte lo que excede. Por consiguiente, si debiendo treinta al señor, y habiendo tomado cuarenta en mútuo los hubiere pagado á un acreedor de él, ó hubiere alimentado á la familia, se habrá de decir que compete por diez la acción de lo invertido en su utilidad, ó que si le debiera otro tanto, se considera que nada se invirtió en su utilidad; porque, como escribe Pomponio, parece habérsele socorrido contra el lucro del señor. Y por esto, si fué deudor de ello al señor cuando invirtiese algo en su utilidad, se entiende que no invirtió nada, y si

(3) idem ait, *Vulg.*

dem remunerandi animo, non videri versum, si vero alias donavit, durare versum.

después hubiere comenzado á ser deudor del señor, deja de considerarse invertido, y lo mismo también si le hubiere pagado. Dice más, que aunque el señor le haya donado otro tanto como por él pagó á un acreedor, si verdaderamente con ánimo de remunerarle, no se entiende invertido en su utilidad, pero que si le donó de otro modo, subsiste lo invertido en su utilidad.

§ 8.—Idem quaerit, si decem in rem domini vertit, et postea tantandem summam a domino mutuatus sit, habeat praeterea et peculium decem, videndum ait (1), utrum desiit esse versum; an vero, quoniam est peculium, unde trahatur (2) debitum, de in rem verso non tollimus actionem; an potius ex utroque pro rata detrahimus? Ego autem puto sublatam de in rem verso actionem, quum debitor domini sit constitutus.

§ 8.—Investiga el mismo, y dice que se ha de ver, si invirtió diez en utilidad del señor y después hubiera tomado del señor en mútuo otra tanta cantidad, y tuviera además también diez en el peculio, ¿dejó acaso de haberse convertido en utilidad, ó no quitamos la acción de lo invertido en utilidad, porque hay peculio de donde se deduzca la deuda, ó la deducimos más bien á prorrata de uno y otro? Mas yo opino, que se extinguió la acción de lo convertido en utilidad, cuando se haya constituido deudor del señor.

§ 9.—Idem quaerit, si in rem tuam verterit, et debitor tuus factus sit, mox creditor eiusdem summae, quam tibi debuit, an renascatur de in rem verso actio, an vero ex post facto non convalescat? Quod verum est.

§ 9.— Pregunta el mismo, si hubiere invertido algo en tu utilidad, y se hubiera hecho deudor tuyo, y después acreedor de la misma suma que te debió, ¿renacerá la acción de lo invertido en utilidad, ó no convalecerá por el hecho posterior? Lo que es verdad.

§ 10.—Idem tractat, an ex eventu possit in rem patris filius vertere, veluti si duo rei pater et filius fuerint, et filius mutuatus suo nomine solvat, vel si filio iussu patris credidisti, et filius creditum tibi solvisset? Mihi videtur, si quidem pecunia ad patrem pervenerat, videri in rem versum; quodsi non fuit, et suum negotium gerens filius solvit, non esse de in rem verso actionem.

§ 10.— Discute el mismo, ¿podría acaso por el resultado invertir algo el hijo en utilidad del padre, por ejemplo, si los dos, padre é hijo, hubieren sido deudores, y habiendo tomado el hijo en mútuo pagara en su propio nombre, ó si por mandato del padre le prestaste al hijo, y el hijo te hubiese pagado lo prestado? A mí me parece, que si verdaderamente el dinero había ido á poder del padre, se entiende invertido en su utilidad; pero que si no fué, y el hijo pagó haciendo su propio negocio, no hay la acción de lo invertido en utilidad.

**11.** PAULUS *libro XXX. ad Edictum.*—Quod servus in hoc mutuatus fuerit, ut creditori suo solveret, non erit in rem versum, quamvis actione de peculio liberatus sit dominus.

**11.** PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXX.*—Lo que el esclavo hubiere tomado en mútuo para esto, para pagar á su propio acreedor, aunque el señor haya quedado libre de la acción de peculio, no se habrá invertido en su utilidad.

**12.** GAIUS (3) *libro IX. ad Edictum provinciale.*— Si fundum patri dominove emit servus vel filiusfamilias, versum quidem esse videtur, ita tamen, ut sive minoris sit, quam est emtus, tantum videatur in rem versum, quanti dignus sit, sive pluris sit, non plus videatur in rem versum, quam emtus est.

**12.** GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro, IX.*—Si el esclavo ó el hijo de familia compró un fundo para el padre ó el señor, se considera que verdaderamente se convirtió en su utilidad, pero de este modo, que si valiera menos que en lo que se compró, se entienda haberse convertido en utilidad tanto cuanto mereciera, y si valiera más, no se entienda haberse convertido en utilidad más que en lo que se compró.

**13.** ULPIANUS *libro XXIX. ad Edictum.*—Si in rem (4) alterius ex dominis versum sit, utrum is solus, in cuius rem versum est, an et socius possit conveniri, quaeritur. Et Iulianus scribit, eum solum conveniri, in cuius rem versum est, sicuti quum solus iussit; quam sententiam puto veram.

**13.** ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Si algo se hubiera convertido en utilidad de uno de los señores, pregúntase, si acaso podrá ser demandado solo aquel en cuya utilidad se convirtió, ó si también su consocio. Y escribe Juliano, que solo es demandado aquel en cuya utilidad se convirtió, así como cuando uno solo mandó; cuya opinión juzgo verdadera.

**14.** IULIANI *libro XI. Digestorum Marcellus notat.*—Interdum et propter hoc, quod in rem alterius socii versum est, de in rem verso cum altero agi potest, qui conventus a socio petere potest id, in quo damnatus fuerit. Quid enim dicemus, si pe-

**14.** *Nota Marcelo al libro XI. del Digesto de Juliano.*—A veces también por lo que se convirtió en utilidad de un socio puede ejercitarse la acción de lo convertido en utilidad contra otro, el cual, demandado, puede reclamar de su socio aquello en

(1) videndum ait, *omítelas Hal.*
(2) detrahatur, *Hal. Vulg.*

(3) Παυλ., *las Bas.*
(4) *Taur.*: in re, *Fl., Br.*

culium servo ab altero ademtum fuerit? [**14.** (1)] Paulus: ergo haec quaestio ita procedit, si de peculio agi non potest.

que hubiere sido condenado. Porque, ¿qué diremos, si al esclavo se le hubiere quitado por el otro el peculio? [**14.**] Y dice Paulo: luego esta cuestión es procedente de este modo, si no puede intentarse la acción de peculio.

**15.** Ulpianus *libro II. Disputationum.*— Si filiusfamilias constituerit, quod pater debuit, videndum est, an de in rem verso actio dari debeat? Atquin non liberavit patrem, nam qui constituit, se quidem obligat, patrem vero non liberat; plane si solvat post constitutum (2), licet pro se videatur solvisse, hoc est ob id, quod constituit, in rem tamen vertisse patris merito dicetur.

**15.** Ulpiano; *Disputas, libro II.*—Si el hijo de familia hubiere contraído constituto por lo que debió el padre, se ha de ver, ¿deberá acaso darse la acción de lo convertido en utilidad? Verdaderamente no libró al padre, porque contrayendo constituto ciertamente que se obliga, pero no libra de la obligación al padre; mas si pagara después de haber contraído constituto, aunque parezca que pagó por sí propio, esto es, por causa de aquello por que contrajo constituto, sin embargo, con razón se dirá que lo invirtió en utilidad del padre.

**16.** Alfenus *libro II. Digestorum.* — Quidam fundum colendum servo suo locavit, et boves ei dederat; quum hi boves non essent idonei, iusserat eos venire, et his numis, qui recepti essent, alios reparari; servus boves vendiderat, alios redemerat, numos venditori non solverat, postea conturbaverat; qui boves vendiderat, numos a domino petebat (3) actione de peculio, aut quod in rem domini versum esset, quum boves, pro quibus pecunia peteretur, penes dominum essent. Respondit, non videri peculii quidquam esse, nisi si quid deducto eo, quod servus domino debuisset, reliquum fieret, illud sibi videri, boves quidem in rem domini versos esse, sed pro ea re solvisse tantum, quanti priores boves venissent; si quo amplioris pecuniae posteriores boves essent, eius oportere dominum condemnari.

**16.** Alfeno; *Digesto, libro II.*—Uno dió en arrendamiento á su esclavo un fundo para cultivarlo, y le había dado bueyes; no siendo estos bueyes á propósito, había mandado que fueran vendidos, y que con el dinero que se hubiese cobrado se repusieran otros; el esclavo había vendido los bueyes, había comprado otros, no había pagado el dinero al vendedor, y después se había declarado en quiebra; el que había vendido los bueyes reclamaba del señor el dinero por la acción de peculio, ó por la de lo que se hubiese convertido en utilidad del señor, porque los bueyes, por los que se pedía el dinero, estaban en poder del señor. Respondió, que no parece que había cosa alguna del peculio, sino si, deducido lo que el esclavo hubiese debido al señor, resultase algún sobrante, y que á él le parecía, que verdaderamente los bueyes se convirtieron en utilidad del señor, pero que por esto pagó tanta cantidad en cuanta hubiesen sido vendidos los primeros bueyes; y que si los últimos bueyes valiesen algún dinero más, debía ser condenado su señor.

**17.** Africanus *libro VIII.* (4) *Quaestionum.* — Servus in rem domini pecuniam mutuatus sine culpa eam perdidit; nihilominus posse cum domino de in rem verso agi existimavit (5), nam et si procurator meus in negotia mea impensurus pecuniam mutuatus, sine culpa eam perdiderat, recte eum hoc nomine mandati vel negotiorum gestorum acturum.

§ 1.— Cum Sticho vicario servi tui Pamphili contraxi, actio de peculio et in rem verso ita dari debet, ut quod vel in tuam ipsius rem, vel in peculium Pamphili versum sit, comprehendatur scilicet etiam si mortuo vel alienato Sticho agatur. Quodsi Pamphilo mortuo agam, magis est, ut quamvis Stichus vivat, tamen de eo, quod in peculio Pamphili versum est, non nisi intra annum, quam is decessit, actio dari debeat; etenim quodammodo de peculio Pamphili tum experiri videbor, sicuti si, quod (6) iussu eius credidissem, experirer. Nec nos movere debet, quod Stichus, de cuius de peculio agitur, vivat, quando non aliter ea res in peculio eius esse potest, quam si Pamphili peculium maneat. Eadem ratio efficiet, ut id, quod in peculio Pamphili versum sit, ita praestari debere dicamus, ut prius eius, quod tibi Pamphilus

**17.** Africano; *Cuestiones, libro VIII.*—Habiendo un esclavo tomado en mútuo dinero para cosa de su señor, lo perdió sin culpa suya; esto no obstante juzgó que podía ejercitarse contra el señor la acción de lo convertido en su utilidad, porque también si mi procurador, habiendo tomado en mútuo dinero para gastarlo en negocios míos, lo había perdido sin culpa, con razón ejercitará por este motivo la acción de mandato ó la de gestión de negocios.

§ 1.—Contraté con Stico, vicario de tu esclavo Pánfilo, y deben darse la acción de peculio y la de lo convertido en utilidad, de tal suerte, que se comprenda lo que se haya convertido ó en utilidad de ti mismo, ó en la del peculio de Pánfilo, por supuesto, aun si se ejercitara la acción muerto ó enajenado Stico. Pero si yo la ejercitara muerto Pánfilo, es más cierto, que aunque viva Stico, deba sin embargo darse la acción por lo que se convirtió en utilidad del peculio de Pánfilo, no sino dentro del año en que éste falleció; porque en cierto modo pareceré que entonces ejercito la acción sobre el peculio de Pánfilo, como si yo reclamase lo que por su mandato hubiese prestado. Y no debe hacernos variar que viva Stico, sobre cuyo peculio se ejercita la acción, cuando la cosa no puede estar en el peculio de él de otro modo, que si subsistiera el

(1) *Hal. continúa de este modo el anterior fragmento 13:* quam sententiam libro duodecimo digestorum Iuliani Marcellus notat; interdum et propter hoc—si peculium servo ab altero ademtum fuerit?—**14.** *Paulus libro XXX. ad edictum.*—Ergo haec—potest.

(2) si post solvat constitutum, *Hal.*

(3) utrum nummos a domino petat — an quod, *(en lugar de* aut quod), *Hal.*

(4) VII., *Hal.*

(5) existimavi, *Hal.*

(6) quid, *Hal. Vulg.*

debuerit, deductio fiat, quod vero in tuam rem versum fuerit, praestetur etiam non deducto eo, quod Pamphilus tibi debet.

peculio de Pánfilo. La misma razón hará que digamos, que lo que se haya convertido en utilidad del peculio de Pánfilo debe pagarse de suerte, que antes se haga deducción de lo que Pánfilo te hubiere debido, y que lo que se hubiere convertido en tu utilidad se pague aun no habiéndose deducido lo que Pánfilo te debe.

**18.** Neratius *libro VII.* (1) *Membranarum.* — Quamvis in eam rem pro servo meo fideiusseris, quae ita contracta est, ut in rem meam versaretur (2), veluti si, quum servus frumentum emisset. quo familia aleretur, venditori frumenti fideiusseris, propius est tamen, ut de peculio eo nomine, non de in rem verso agere possis, ut unius duntaxat in quoquo contractu (3) de in rem verso sit actio, qui id ipsum credidit, quod in rem domini versum est.

**18.** Neracio; *Pergaminos, libro VII.*—Aunque por mi esclavo hubieres sido fiador por cosa que fué contratada así, para que se convirtiese en mi utilidad, como si cuando el esclavo hubiese comprado trigo, con el que se alimentase la familia, hubieres sido fiador para el vendedor del trigo, es sin embargo más inmediato, que por tal concepto puedas ejercitar la acción de peculio, no la de lo convertido en utilidad, para que en cualquier contrato la acción de lo convertido en utilidad sea únicamente de aquel que prestó lo mismo que se convirtió en utilidad del señor.

**19.** Paulus *libro IV.* (4) *Quaestionum.*— Filiusfamilias togam emit, mortuo deinde eo pater ignorans et putans suam esse, dedicavit eam in funus eius; Neratius libro (5) Responsorum ait, in rem patris versum videri, in actione autem de peculio, quod in rerum natura non esset, uno modo aestimari debere, si dolo malo eius, quocum agatur, factum esset. Atquin si filio pater togam emere debuit, in rem patris res (6) versa est non nunc, quo funerabitur, sed quo tempore emit; funus enim filii aes alienum patris est. Et hoc Neratius quoque, qui de in rem verso patrem teneri putavit, ostendit, negotium hoc, id est sepulturam et funus filii, patris esse aes alienum, non filii. Factus est ergo debitor peculii, quamvis res non extet, ut etiam de peculio possit conveniri; in quam actionem venit et quod in rem versum est, quae tamen adiectio tunc necessaria est (7), quum annus post mortem filii excessit.

**19.** Paulo; *Cuestiones, libro IV.*—Un hijo de familia compró una toga, y muerto después él, ignorándolo el padre y creyendo que era suya, la destinó para su entierro; dice Neracio en el libro de las Respuestas, que se considera haberse invertido en utilidad del padre, pero que en la acción de peculio de un solo modo debe estimarse lo que no existiese, si se hubiese obrado con dolo malo de aquel contra quien se ejercita la acción. Pero si el padre debió comprarle al hijo la toga, esta cosa se convirtió en provecho del padre no ahora, que lo enterrare, sino al tiempo en que la compró; porque el entierro del hijo es deuda del padre. Y también Neracio, que juzgó que el padre estaba obligado por la acción de lo que se convirtió en su utilidad, enseña esto, que este negocio, esto es, la sepultura y el funeral del hijo, es deuda del padre, no del hijo. Luego se hizo deudor del peculio, aunque no exista la cosa, para que también pueda ser demandado con la acción de peculio; en cuya acción se comprende también lo que se convirtió en su utilidad, cuya adición es, sin embargo, necesaria cuando ha transcurrido un año después de la muerte del hijo.

**20.** Scaevola *libro I. Responsorum.*— Pater pro filia dotem promisit, et convenit, ut ipse filiam aleret; non praestante patre filia a viro mutuam pecuniam accepit, et mortua est in matrimonio; respondi, si ad (8) ea id, quod creditum est, erogatum esset, sine quibus aut se tueri, aut servos paternos exhibere non posset, dandam de in rem verso utilem actionem.

§ 1.—Servus absentis reipublicae causa pupilli servis pecuniam credidit subscribente tutore, stipulatione in personam tutoris translata; quaesitum est, an adversus pupillum competat actio? Respondi, si, quum in rem pupilli daretur, id in rem eius versum est, et quo magis actus servorum confirmaretur, tutor spopondit, posse nihilominus dici, de in rem verso cum pupillo actionem fore.

**20.** Scévola; *Respuestas, libro I.*—Un padre prometió dote por su hija, y se convino, que él alimentaría á la hija; no cumpliendo el padre, la hija tomó del marido dinero en mútuo, y murió en el matrimonio; respondí, que si lo que se prestó se hubiese gastado en cosas sin las que no pudiera ella ó sostenerse, ó mantener los esclavos del padre, se ha de dar la acción útil de lo convertido en utilidad.

§ 1.—El esclavo de uno que estaba ausente por causa de la república, prestó dinero á los esclavos de un pupilo suscribiéndolo el tutor, habiéndose transferido la obligación á la persona del tutor; se preguntó, ¿competerá acaso la acción contra el pupilo? Respondí, que si, cuando se diese para cosa del pupilo, esto se convirtió en utilidad de él, y el tutor prometió para que mejor se confirmase el acto de los esclavos, se puede, no obstante, decir, que habrá de haber contra el pupilo la acción de lo convertido en su utilidad.

**21.** Idem *libro V. Digestorum.* — Filiamfami-

**21.** El mismo; *Digesto, libro V.*—Uno tomó por

(1) VI., *Hal.*
(2) verteretur, *Hal. Vulg.*
(3) ut uni duntaxat, cum quo contractum est, *Vulg.*
(4) III., *Hal.*
(5) secundo, *inserta Hal.;* V., *la Vulg.*

(6) res, *omitenla Hal. Vulg.*
(7) *Según corrección del códice Fl., Br.;* esset, *Taur. según la escritura original.*
(8) *Taur.;* ab, *Fl., Br.*

lias duxit (1) uxorem patre dotem promittente, et convenit inter omnes personas, uti eam pater, aut ipsa se tueretur; maritus ei mutuos numos dedit, quum iuste putaret patrem eius ministraturum tantum salarium, quantum dare filiae suae instituerat; eos numos illa in usus necessarios sibi et in servos, quos secum habebat, consumsit; aliquantum et quum ei res familiares creditae essent, ex pecunia mariti in easdem causas convertit; deinde, priusquam pater salarium expleret, moritur filia; pater impensam recusat, maritus res mulieris retinet; quaero, an de in rem verso adversus patrem actio competat? Respondit (2), si ad ea id, quod creditum est, erogatum esset, sine quibus aut se tueri, aut servos paternos exhibere non posset, dandam de in rem verso utilem actionem.

## TIT. IV

### QUOD IUSSU

[*Cf. Cod. IV. 26.*]

1. Ulpianus *libro XXIX. ad Edictum.*— Merito ex iussu domini (3) in solidum adversus eum iudicium datur, nam quodammodo cum eo contrahitur, qui iubet.

§ 1.—Iussum autem accipiendum est, sive testato quis, sive per epistolam, sive verbis, aut per nuntium, sive specialiter in uno contractu iusserit, sive generaliter. Et ideo et si sic contestatus sit: «quod voles cum Sticho servo meo negotium gerere (4) periculo meo», videtur ad omnia iussisse, nisi certa lex aliquid prohibet.

§ 2.—Sed ego quaero, an revocare hoc iussum, antequam creditur, possit? Et puto posse quemadmodum si mandasset, et postea ante contractum contraria voluntate mandatum revocasset, et me certiorasset.

§ 3.—Sed et si mandaverit pater dominusve, videtur iussisse.

§ 4.—Sed et si servi chirographo subscripserit dominus, tenetur Quod iussu.

§ 5.—Quid ergo, si fideiusserit pro servo? Ait Marcellus, non teneri Quod iussu; quasi extraneus enim intervenit. Neque hoc dicit ideo, quod tenetur (5) ex causa fideiussionis, sed quia aliud est iubere (6). Denique idem scribit, etsi inutiliter fideiusserit, tamen eum non obligari, quasi iusserit; quae sententia verior est.

§ 6.—Si ratum habuerit quis, quod servus eius gesserit vel filius, Quod iussu actio in eos datur.

§ 7.—Si pupillus dominus iusserit, utique non tenetur, nisi tutore auctore iussit.

§ 8.—Si iussu fructuarii erit cum servo contractum, item eius, cui bona fide servit, Marcellus putat, Quod iussu dandam in eos actionem; quam sententiam et ego probo.

(1) quis, *inserta Hal.*
(2) Respondi, *Hal.*
(3) vel patris, *inserta Hal.*
(4) gere, *conjetura Br. atendiendo á las Bas; Vulg.*

mujer á una hija de familia, prometiendo el padre la dote, y se convino entre todas las personas, que el padre la mantendría, ó que ella misma se sostendría; el marido le dió dinero en mútuo, creyendo justamente que el padre de ella le daría tanta cantidad, cuanta había prometido dar á su hija; ésta consumió aquel dinero en los usos para ella necesarios, y en los esclavos que tenía consigo; habiéndosele entregado las cosas familiares, invirtió también algo del dinero del marido en las mismas cosas; después, antes que el padre completase la suma ofrecida, muere la hija; el padre rehusa el gasto, y el marido retiene los bienes de la mujer; pregunto, ¿acaso competerá contra el padre la acción de lo convertido en su utilidad? Respondió, que si lo que se prestó se hubiese gastado en cosas sin las que no pudiera ó sostenerse ella, ó mantener los esclavos del padre, se ha de dar la acción útil de lo convertido en utilidad de este.

## TÍTULO IV

### DE LA ACCIÓN DE LO QUE SE HIZO POR MANDATO

[*Véase Cód. IV. 26.*]

1. Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.* —Con razón se dá por lo que se hizo por mandato del señor acción contra éste por el todo, porque en cierto modo se contrata con el que manda.

§ 1.—Pero se ha de entender por mandato, ya si alguno hubiere mandado ante testigos, ya si por carta, ya si de palabra, ó por mensajero, ya si especialmente en un solo contrato, ya si generalmente. Y por lo tanto, también si lo hubiera hecho constar de este modo: «el negocio que á mi riesgo quieras hacer con mi esclavo Stico,» se entiende que dió mandato para todo, si un pacto cierto no prohibe alguna cosa.

§ 2.—Pero yo pregunto, ¿podrá revocar este mandato antes que se le da asenso? Y opino que puede, del mismo que si hubiese mandado, y después antes del contrato hubiese revocado el mandato por voluntad contraria, y me lo hubiese hecho saber.

§ 3.—Pero también si hubiere mandado el padre ó el señor, se considera que hubo mandato.

§ 4.—Pero también si el señor hubiere suscrito la escritura del esclavo, se obliga por la acción de lo que por mandato.

§ 5.—¿Qué se dirá, pues, si hubiere afianzado por el esclavo? Dice Marcelo, que no queda obligado por la acción de lo que por mandato; porque afianzó como si fuera un extraño. Y no dice esto porque queda obligado por causa de la fianza, sino porque mandar es cosa distinta. Finalmente escribe el mismo, que aunque inutilmente hubiere sido fiador, sin embargo no se obliga, cual si hubiere mandado; cuya opinión es más verdadera.

§ 6.—Si alguno hubiere ratificado lo que su esclavo ó su hijo hubiere hecho, se dá contra ellos la acción de lo que por mandato.

§ 7.—Si el pupilo, que es señor, hubiere mandado, ciertamente no se obliga, si no mandó con autoridad del tutor.

§ 8.—Si se hubiere contratado con un esclavo por mandato del usufructuario, é igualmente de aquel á quien de buena fé presta servidumbre, opina Marcelo, que se ha de dar contra ellos la acción de lo que por mandato; cuya opinión también yo la apruebo.

(5) non teneatur, *Hal.*
(6) aliud est fideiubere, aliud iubere, *Hal.*